



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria et disputationes scholastica in Summam D.
Thomae Aquinatis**

Nazarius, Johannes P.

Coloniae, 1621

Qvaestio Nona. De scientia Christi in communi in quatuor articulos diuisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82325](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82325)

QVÆSTIO NONA.

De scientia Christi in communi in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de scientia Christi. Circa quam duo consideranda sunt. Primo, quam scientiam Christus habuerit: secundo, de vnaquaque scientiarum ipsius.

Circa primum quaruntur quatuor.

Primo, vtrum Christus habuerit aliquam scientiam præter diuinam.

Secundo, vtrum habuerit scientiam, quam habent Beati, vel comprehensores.

Tertio, vtrum habuerit scientiam inditam, vel infusam.

Quarto, vtrum habuerit aliquam scientiam acquisitam.

Dubitatio de ordine huius questionis.

Rationes dubitandi.

DUBITARI non immerito potest; an hic sit prius huius questionis locus? Videtur enim eius locus esse in 7. q. immediate post quæsitum de gratia Christi habituali: cum tamen ibi S. D. agat de virtutibus.

RATIONES vero dubitandi sunt: Prima: quia sicut intellectus prior est voluntate, & cognitio prior est volitione, ita scientia intellectualis est virtutibus prior quæ sunt in voluntate: igitur etiam quæstio de scientia Christi præmitti debuit quæstioni seu articulis de virtutibus. Secunda ratio est: quia scientia Christi videtur enumeranda inter gratias gratis datas: vt patet ex D. Tho. 1. 2. q. 111. a. 4. & 2. 2. q. 171. in introductione, igitur de Christi scientia agendum erat in quæst. 7. vbi agit de gratiis gratis datis Christo, vt homini conuenientibus.

Resolutio. Tribus modis facit proposita difficultati.

PRO solutione sciendum est primo in Christo Domino virtutes & scientiam duplicem scilicet beatam & infusam veluti passiones seu proprietates, ex eius plenissima gratia quodam ordine detinueri, & prius quidem scientiam, deinde virtutes ad appetitum pertinentes. Siquidem notitia præsupponunt in intellectu, quæ sine scientia nequit esse perfecta: igitur ex Christi gratia primo scientia, deinde virtutes emanant.

Secundo considerandum est tam scientias, quam virtutes dici coassumptas: quia scilicet personæ Verbi media humanitate illi suppositraliter vnita fuere coniunctæ. Nec vt assumptæ aut coassumptæ dicantur, exigitur vt præexisterint assumptioni humanitatis: sed vt in signo rationis ante propriam assumptionem intelligatur existere eo modo, quo supra diximus humanitatis existentiam præintelligi eius assumptioni.

Tertio obseruandum est ordinem doctrinæ inter consequentia gratiam Christi attendendum esse penes maiorem proximitatem siue similitudinem aut conuenientiam, tam cum gratia habituali, quam cum gratia vnionis: Maiorem autem cum his habent conuenientiam virtutes, quam scientiæ. Primo, quia virtutes bonum simpliciter efficiunt habentem, sicut & gratia: scientiæ vero bonum tantum constituunt secundum quid. Secundo quia virtutes simul cum gratia habituali magis proprie rationem habent dispositionis respectu gratiæ vnionis. (eo modo, quo respectu eius potest esse dispositio) quam scientiæ: gratia enim vnionis summa sanctificatio est: igitur eius dispositio debuit esse quædam sanctificatio, quæ non per scientias sed per gratiam habitualem & virtutes formaliter & proxime fit: igitur de gratia &

A virtutibus primo, deinde de scientia Christi fuit agendum.

Potest etiam alio modo solui proposita difficultas dicendo secundum ordinem doctrinæ prius de rei alicuius natura tractandum esse, quam de passionibus seu proprietatibus illius: de quibus etiam prius in communi, deinde quo ad singulas species, (si particulares habeant difficultates) agendum est. Prius itaque de gratia Christi habituali, deinde de virtutibus ex ea profluentibus agere debuit S. D. & de his prius in communi, & deinceps in particulari. Virtutes autem ex Christi gratia dimanantes quædam sunt intellectuales, quædam morales, & quædam Theologica: recto itaque ordine primo disseruit S. D. de gratia habituali in quæst. 7. & 8. Secundo de virtutibus ex ea fluentibus in communi, & de aliis annexis scilicet donis, & gratiis gratis datis in dicta quæst. 7. Vltimo de virtutibus intellectualibus agit in particulari, idest de scientiis in hac & tribus sequentibus quæstionibus, eo quod speciales habeat difficultates.

Sed dices in quæst. 7. quæsitum fuisse de fide, & spe, ac proinde prius etiam in specie de virtutibus Theologicalibus, quam de scientia tractatum fuisse. Sed huic obiectioni facile satisficit dicendo D. Th. de his duabus virtutibus egisse, vt eas exciperet ab ea generali conclusione, quam in secundo articulo constituerat, & eas in Christo non esse declararet.

Tertio dicit potest virtutes ad appetitum pertinentes esse quasi perfectionem quandam, & complementum gratiæ iustificantis: per actus enim virtutum fit homo iustus in actu secundo, & per eodem actus augetur iustitia, sicut augetur & gratia, iuxta illud Apoc. 22. Qui iustus est, iustificetur adhuc: Vnde S. D. in tit. quæst. 7. sub nomine gratiæ Christi, prout est quidam singularis homo, comprehendit simul gratiam habitualem & virtutes, vt manifeste patet ex introductione dictæ quæstionis, & gratiæ diuisione cum subdiviisionibus ibi positis.

ET ex his satisfieri facile potest duabus rationibus dubitandi: Nam iuxta primam viam ad primam negatur consequentia: quia ordo doctrinæ inter virtutes & scientiam non attenditur secundum ordinem generationis, sed secundum ordinem maioris aut minoris conuenientiæ cum gratia vnionis & habituali. Ad secundam dico scientiam beatam sub gratia gratis data non contineri: vt patet ex ratione gratiæ gratis datæ, quam assignat S. D. locis supra notatis: scientia autem indita non nisi secundum quid, idest in ordine ad aliquos actus ad gratiam pertinet gratis datam, quatenus scilicet ad aliorum salutem ordinabatur. Quo ad partem vero seu rationem speculatiuam vt sic, nihil habet affine cum gratia gratis data proprie dicta: secundum priorem igitur eius rationem, quæ non habet peculiarem difficultatem, de Christi gratia tractauit sub communi nomine gratiæ gratis datæ in quæstione septima.

Iuxta secundam autem & tertiam viam, satis patet ex dictis vtriusque rationis solutio.

Ratio ordinis Articulorum.

ORDO vero articulorum huius quæstionis hic est: Quærit primo, scilicet in communi, An Christus scientiam aliquam habuerit præter diuinam: deinde tribus aliis articulis de singulis quærit scientiarum generibus Christo secundum humanitatem conuenientibus, & primo quidem de scientia Beatorum siue comprehensorum: quia hæc proximior & similior est diuinæ scientiæ, quæ Christo conuenit, vt Deus: secundo de scientia indita

ditæ vel infusa: quæ scientiæ Christi beatæ, ac proinde etiam diuinæ similior est: quam scientia acquisita vel experimentalis: de qua postremo tractat articulo: sicut enim à facilioribus, ad ea, quæ nobis difficiliora sunt, ordinatè procedit: facilius est enim capere, quomodo ex scientia Christi diuina deriuatur in eius animam illi personaliter unitam scientia beatæ, quam quomodo cauferentur in ea aliæ duæ inferioris ordinis cognitiones: inter quas ea, quæ nobilior est, scilicet infusa, probabilius Christo tribuitur, quam acquisita: ut patet ex singulorum articulorum argumentis, doctrina & responsionibus.

ARTICVLVS I.

Verum Christus habuerit aliquam scientiam præter diuinam.

3. dist. 14. a. 1. q. 1. Et v. 2. r. q. 20. a. 2. Et opus 3. c. 225.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod in Christo non fuerit aliqua scientia præter diuinam. Ad hoc enim necessaria est scientia, ut per eam aliqua cognoscantur. Sed Christus per scientiam diuinam cognoscebat omnia. Superfluum igitur fuisse, quod in eo esset alia scientia. Præterea, Lux minor per maiorem offuscatur. Sed omnis scientia creata comparatur ad scientiam Dei increatam, sicut lux minor ad maiorem. Ergo in Christo non refulsit alia scientia, quam diuina.

q. 7. art. 1.

Præterea, Vnio humana natura ad diuinam, facta est in persona, ut ex supradictis patet. Ponitur autem in Christo secundum quosdam quedam scientia vnionis: per quam scilicet Christus ea, quæ ad mysterium Incarnationis pertinent, plenius sciuit, quam aliquis alius. Cum ergo vnio personalis contineat duas naturas, videtur, quod in Christo non sint duæ scientiæ, sed vna scientia pertinet ad vtraque naturam.

Sed contra est, quod Ambrosius dicit in lib. de Incarn. cap. 7. tom. 2. Deus in carne perfectionem naturæ assumpsit humanæ, suscepit sensum hominis, non sensum carnis infusum, sed ad sensum hominis pertinet scientia creata. Ergo in Christo fuit scientia creata.

quæst. 5.

Respondendo dicendum, quod sicut ex supradictis patet, filius Dei humanam naturam integram assumpsit, id est, non solum corpus, sed etiam animam: non solum sensiuam, sed etiam rationalem. Et ideo oportuit, quod haberet scientiam creatam propter tria. Primo quidem propter animæ perfectionem: Anima enim secundum se considerata est in potentia ad intelligibilia cognoscenda: est enim sicut tabula, in qua nihil est scriptum, & tamen possibile est in ea scribi per intellectum possibilem, in quo est omnia fieri, ut dicitur in tertio de Anima. Quod autem est in potentia, est imperfectum, nisi reducatur ad actum. Non autem fuit conueniens, quod filius Dei humanam naturam imperfectam assumeret, sed perfectam, utpote qua mediante, totum humanum genus ad perfectum erat reducendum. Et ideo oportuit, quod anima Christi esset perfecta per aliquam scientiam, quæ esset propria perfectio eius. Et ideo oportuit in Christo esse aliquam scientiam præter scientiam diuinam: alioquin anima Christi esset imperfectior animabus aliorum hominum. Secundo, quia cum qualibet res sit propter suam operationem, ut dicitur in secundo de Cal. frustra haberet Christus animam intellectuam, si non intelligeret secundum illam: quod pertinet ad scientiam creatam. Tertio, quia aliqua scientia creata pertinet ad animam humanam naturam, scilicet illa, per quam naturaliter cognoscimus prima principia: scientiam enim hic large accipimus pro qualibet cognitione intellectus humani. Nihil autem naturalium Christo desuit: quia totam humanam naturam suscepit, ut supra dictum est. Et ideo in sexta synodo damnata est positio negantium in Christo esse duas scientias, vel duas sapientias.

Tex. 18.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus cognouit omnia per scientiam diuinam operatione increata, quæ est

q. 5. c. 6.

A ipsa Dei essentia: Dei enim intelligere est sua substantia, ut probat Philosophus 12. Metaphys. Vnde hic actus non potuit esse anima humane Christi cum sit alterius nature. Si igitur non fuisset in anima Christi aliqua alia scientia præter diuinam, nihil cognouisset: & ita fuisset frustra assumpta, cum omnis res sit propter suam operationem.

Tex. 32.

B Ad secundum dicendum, quod si duo lumina accipiantur eiusdem ordinis, minus offuscatur per maius, sicut lumen Solis offuscatur lumen candele, quorum vtrunque accipitur in ordine illuminantis. Si vero accipiantur duo lumina, ita quod maius sit in ordine illuminantis, & minus in ordine illuminati, minus lumen non offuscatur per maius, sed magis augetur: sicut lumen aeris per lumen Solis. Et hoc modo lumen scientiæ non offuscatur, sed clarescit in anima Christi per lumen scientiæ diuinæ, quæ est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, ut dicitur Ioan. 1.

Ad tertium dicendum, quod ex parte vnitorum ponitur scientia in Christo, & quantum ad naturam diuinam, & quantum ad humanam: ita quod propter vnionem, secundum quam est eadem hypostasis Dei, & hominis id quod est Dei, attribuitur homini: & id quod est hominis, attribuitur Deo, ut supradictum est. Sed ex parte ipsius vnionis non potest poni in Christo aliqua scientia: nam vnio illa est ad esse personale, scientia autem non conuenit personæ, nisi ratione alicuius nature.

q. 3. art. 1. in arg. & resp.

Sensus quæstioni.

TITVLVM huius articuli declarat S. D. in corpore dicens scientiam hic large sumi pro qualibet cognitione intellectus humani: Sub hac vero comprehenditur tam actus primus, quam actus secundus: quos etiam nomine scientiæ in sua conclusione significat S. Thom. ut clare patebit ex dicendis.

Forma Textus.

CONCL. est: oportuit, quod anima Christi haberet scientiam creatam. Probatur: Quia filius Dei humanam naturam integram assumpsit id est non solum corpus, sed etiam animam non solum sensiuam sed etiam rationalem, non imperfectam sed perfectam: ergo oportuit quod anima Christi haberet aliquam scientiam creatam, quæ esset propria perfectio eius. Antecedens quo ad priores omnes partes patet ex supra dictis quæst. 5. quo ad vltimam vero partem probatur: quia totum humanum genus per Christum erat ad perfectum reducendum: ergo non fuit conueniens, quod filius Dei humanam naturam assumeret imperfectam, sed perfectam per aliquam scientiam, quæ esset propria perfectio eius. Consequentia vero probatur. Primo quia anima secundum se considerata est in potentia ad intelligibilia cognoscenda: igitur si filius Dei assumpsit animam perfectam debuit anima illa habere aliquam scientiam creatam, quæ esset propria eius perfectio. Probatur assumptum: quia anima secundum se est sicut tabula rasa, in qua nihil est scriptum, & tamen possibile est in ea scribi per intellectum possibilem, in quo est omnia fieri, ut dicitur in 3. de anima: Consequentia vero probatur: Quia quod est in potentia est imperfectum, nisi reducatur ad actum. Secundo probatur principalis consequentia: Quia si Christus non haberet scientiam creatam, secundum quam intelligeret, sequeretur illi frustra habere animam intellectuam: cõsequens est absurdum: ergo. Probatur consequentia ex Arist. in 2. Cæli, tex. 17. dicente quamlibet rem esse propter suam operationem. Denique probatur eadem principalis consequentia: Quia aliqua scientia pertinet ad animam humanam naturam, scilicet illa, per quam naturaliter cognoscimus prima principia:

Etiam si quis dixerit, quod anima Christi non habet scientiam creatam, sed tantum scientiam diuinam, non potest negari, quod anima Christi habet scientiam creatam, quæ est propria perfectio eius. Probatur: Quia anima secundum se est in potentia ad intelligibilia cognoscenda: igitur si filius Dei assumpsit animam perfectam debuit anima illa habere aliquam scientiam creatam, quæ esset propria eius perfectio. Probatur assumptum: quia anima secundum se est sicut tabula rasa, in qua nihil est scriptum, & tamen possibile est in ea scribi per intellectum possibilem, in quo est omnia fieri, ut dicitur in 3. de anima: Consequentia vero probatur: Quia quod est in potentia est imperfectum, nisi reducatur ad actum. Secundo probatur principalis consequentia: Quia si Christus non haberet scientiam creatam, secundum quam intelligeret, sequeretur illi frustra habere animam intellectuam: cõsequens est absurdum: ergo. Probatur consequentia ex Arist. in 2. Cæli, tex. 17. dicente quamlibet rem esse propter suam operationem. Denique probatur eadem principalis consequentia: Quia aliqua scientia pertinet ad animam humanam naturam, scilicet illa, per quam naturaliter cognoscimus prima principia:

capia:

cipia: ergo si Christus assumpsit animam rationalem perfectam, oportuit, ut haberet aliquam scientiam creatam, quæ esset propria perfectio eius. Declaratur antecedens dicendo scientiam hic large sumi pro qualibet cognitione intellectus humani. Consequentia vero probatur: quia nihil naturalium Christo defuit: quod probatur: quia totam humanam naturam suscepit, ut dictum est, *quæst. 5. & 6.*

Secundo probatur Conclusio autoritate sextæ Synodi: ubi damnata est positio negantium in Christo esse duas scientias, vel duas sapientias.

Expositio Textus.

CIRCA probationes consequentiæ principalis, oblerua primâ procedere de scientia quoad utrumque actum scilicet, primum & secundum: de quibus etiam procedit secunda, licet primario concludat de actu secundo: Tertia vero principaliter inferre videtur actum primum, quod est lumen intellectus agentis: hoc enim pertinet ad humanam naturam, ut eius proprietates naturalis. Dicitur hoc lumen scientia non formaliter, sed causaliter: vel quia est id, quod formale est in habitu principiorum, qui est cognitio quædam in actu primo, & principium scientificæ cognitionis. Secundario tamen hæc ratio procedit etiam de actu secundo, ut inferius ostendemus. Sed operæ pretium est distarum rationum sensum, & vim diligenter explicare.

Igitur ad primam rationis intelligentiam duo sunt prænotanda. Primum est in intellectu nostro tres esse quasi potentias rationes & ordines trium respicientes ordinum perfectiones: Prima potentia ratio nostro conuenit intellectui secundum propriam & specificam suam differenciam, prout scilicet rationalis est: secundum hanc enim habet potentiam naturalem ad species rerum materialium à phantasmatis virtute intellectus agentis abstractas, ut ad actus primos, & ad cognitiones per eas elicatas, ut ad actus secundos. Secunda ratio siue ordo potentia nostro conuenit intellectui, quatenus intellectus est à corpore separabilis: in quo nonnullam habet cum Angelico intellectu similitudinem: ut sicut ille species habet à materia minime dependentes, ita & hic noster in statu saltem separationis species habere possit influxas. Tertia potentia ratio huic nostro congruens intellectui species, & notitiam respicit ordinis supernaturalis, & ad ipsam Dei essentiam ut formam intelligibilem, & ad actum beate visionis extenditur. Secundum est tres esse intellectus agentis operationes. Prima est illustrare phantasmata: & ita species abstrahere, quibus intellectus possibilis perficiatur ad intelligendum: Secunda est facere euidenciam primarum propositionum seu principiorum indemonstrabilium, & eis mediantibus propositionum etiam demonstrabilium euidenciam causare. Tertia est luminis sui virtute possibilem intellectum adiuuare seu confortare, ut veritatem in omnibus actibus cuiuslibet prædictorum ordinum apprehendat: ut significat S. D. *1. p. q. 84. a. 6. ad 1.* ubi de rerum mutabilium noticia loquens ait: *Requiritur lumen intellectus agentis, per quod immutabiliter veritatem in rebus mutabilibus cognoscamus, & discernamus ipsas res à similitudinibus rerum.* Et *lib. 3. cont. gent. cap. 45. in fine* ait: *Cum anima à corpore fuerit separata, intellectus possibilis intelligere poterit ea, quæ secundum se sunt intelligibilia, scilicet substantias separatas per lumen intellectus agentis, quod est similitudo in anima intellectuali luminis, quod est in substantijs separatis: ubi Ferrar. obleruat duas esse intellectus agentis operationes, alteram quæ intelligibilia in potentia fa-*

cit intelligibilia in actu: alteram quæ dat intellectui possibilem virtutem ad intelligendum per modum cuiusdam luminis: ita ut virtus animæ ad intelligendum sit tam ex intellectu possibili, quam ex intellectu agente: quod prius etiam aduicerat Petrus Bergomas *dubio 1218.*

Ex his facile demonstratur sensus & vis primæ rationis S. Tho. Nam si intellectus animæ Christi triplicem habet iam dictam potentiam rationem, triplicem etiam illi respondentem debuit habere perfectionem: ne secundum aliquam rationem esset imperfectus. Igitur secundum primam rationem potentia debuit esse perfectus per scientiam acquisitam, id est lumine intellectus agentis à rebus abstractam: ut probat S. D. *a. 4.* Quo ad secundam autem & tertiam scientia perfici debuit infusa, quæ modo Angelico id est absque discursu, & sine phantasmatis ministerio cognosceret ea, quæ S. D. explicat *infra q. 11. a. 1.* & tam in hac, quam in prima cognitione lumē intellectus agentis suo fungeretur officio superius explicato: Denique ad summum debuit creatæ notitiæ gradum eleuari, ut scilicet immediate per diuinam essentiam ut speciem intelligibilem Deum ipsum intueretur quidditatiue.

Ad secundam vero rationis euidenciam notandum est operationem animæ Christi, quæ Deum videbat, & eo ut Summo bono habito fruebatur, posse dupliciter considerari: Vno modo ut accidens quoddam est inhærens animæ medio intellectu aut voluntate: & ita certum est animam non ordinari ad eam ut ad finem: sed è contra. Primo quia substantia nobilior est accidente, cuius est subiectum: & sicut accidentia sunt entia, quia entis, quia scilicet ordinem habent ad substantiam, ita perfectionem & bonitatem habent: quia ad substantiæ perfectionem & bonitatem, ut ad finem ordinantur: & ideo bene dixit Cai. *1. p. q. 44. a. ult.* omnibus agentibus commune esse agere propter se, quamuis diuersa ratione, ut ibi declarat. Vnde etiam alibi exponens propositionem illam: *Vnumquodque est propter suam operationem*, ait hunc esse sensum: *Vnumquodque est propter se ipsum operantem*: & secundum hanc rationem operatio non amatur ab operante, nisi amore concupiscentia quo sibi eam appetit & ad seipsum ordinat, ut ad finem: ut ait S. D. *in 4. dist. 49. q. 1. a. 2. q. 1. ad 3.* Alio modo potest eadem visio vel fructio considerari, ut est adeptio summi boni siue vnio cum summo bono: & ita rationem habet finis, ad quem ordinatur anima Christi, & eius intellectus & voluntas: quia pro vno computantur Deus & eius affectio, aut vnio per actionem intellectus & voluntatis: & ideo anima Christi & eius intellectus & voluntas non solum ad Deum, sed etiam ad prædictas operationes ordinantur, ut vnum vltimum finem cum ipso Deo: ut probat S. D. *in 3. cont. gent. cap. 25.* & ibi declarat Ferrar. & explicat idem S. D. *in 1. 2. q. 1. a. 8. & q. 2. a. 7. & q. 3. a. 1. & alibi sepe.* Et ex his manifeste patet sensus, & vis secundæ probationis.

Superest iam ut tertiæ rationis sensum, & vim breuiter explicemus. Pro quibus notandum est, duplicem esse cognitionem primorum principiorum: alteram actualem & alteram habituales, & vtranque dici & esse naturalem: Et prius quidem scilicet actualis dicitur, naturalis: quia terminat inclinationem animæ nostræ naturalem ad ipsammet cognitionem principiorum actualem: qui modus naturalitatis non exigit ut id, quod ita dicitur naturale, semper in se sit cui dicitur esse naturale: ut explicat Cai. *in 1. 2. q. 10. ar. 1.* Posterior vero cognitio scilicet habituales ideo dicitur naturalis,

lis, quia per modum propria passionis emanat ex virtutibusque intellectus animæ nostræ natura. Quia tamen ad principiorum notitiam præter lumen naturale, quod est principium iudicandi, necessariae sunt species intelligibiles ex sensibilibus acquisitæ, quæ sunt apprehensionis principia proxima, ideo Philosophus in 2. Post. c. vlt. dixit prædictum habitum esse acquisitum: quod etiam significat S. D. in 1. 2. q. 51. ar. 1. dicens nullum habitum operatiuum inesse nobis à natura; quia saltè vltimum habitus complementum (quod in habitu principiorum est per species intelligibiles) non est nobis congenitum, sed acquisitum. Ex his patet, quomodo cognitio primorum principiorum pertineat ad animæ nostræ naturam, vt assumitur in tertia probatione: pertinet enim primo ratione luminis intellectus agentis, quod est animæ facultas naturalis: Secundo, quia cognitio principiorum habitualis consequitur animæ nostræ naturam: Tertio, quia cognitio eorundem actualis terminat naturaliter inclinationem animæ nostræ naturalem. Ex quibus vltius sequitur optimam & euentem esse prædictæ probationis consequentiam: vt patet applicanti, &c.

QUATVOR dubitationes proponit, ac definit Suarez disputatione sua 24. PRIMA est: An in anima Christi sit intellectus creatus, & quanta sit perfectionis? SECUNDA: An fuerit in Christo homine actus intelligendi creatus, & ex quo tempore? TERTIA vtrum actus intelligendi anima Christi fuerit verus, certus & euidens? QUARTA: Vtrum in anima Christi fuerint habitus intellectuales. Circa quas duo tantum sunt examinanda, primum est: An per absolutam Dei potentiam fieri possit, vt in anima Christi sit iudicium erroneum intellectus. Secundum est: An Christus habuerit seu habere potuerit errorem in parte sensitua. Reliquas vero difficultates & earum resolutiones lege, si vis, apud dictum auctorem: circa secundam vero specialiter lege Capr. in 3. dist. 24. q. 1. & Cai. super hoc a. & Aluarez. disp. 51. quaeritur ergo primo.

Prima Controuersia.

An per absolutam Dei potentiam fieri possit, vt in anima Christi sit iudicium erroneum intellectus?

Sententia Doctorum.

PARTEM affirmantem tueritur illi Scholastici, qui docent Deum de potentia absoluta posse mentiri aut falsum dicere, vel inclinare ad falsum: quos referunt & impugnant Bannes in 2. 2. q. 1. a. 3 & ibidem Valentia, & alii.

Suarez in allegata disput. 24. sect. 3. in fine duo dicit. Primum est difficile esse implicationem contradictionis in hoc ostendere, & non videri hoc nude consideratum in ordine ad potentiam quasi physicam contradictionem inuolueret, licet consideratum in ordine ad potentiam coniunctam diuinæ sapientiæ videatur repugnare. Secundum est, se non posse ita de Christo seu de Deo homine sentire, vt existimer potuisse vel in intellectu eius cadere errorem, vel in sermone mendacium etiam materiale sine culpa.

Oppositam sententiã tueritur illi omnes scholastici, qui docent Deum per absolutam sui potentiam mentiri non posse, aut ad falsum inclinare.

Resolutio, in anima Christi nullum esse posse iudicium erroneum.

Duo hic supponenda sunt. Primum est differentia inter potentiam Dei absolutam, & potentiam Dei ordinariam vel ordinatam de quarum differentia egimus in 1. p. q. 25. a. 5. post D. Th. ibidem ad 3. & in 3. dist. 1. q. 2. a. 3. Videndus est etiam Bannes in 2. 2. loco notato. Secundum est: De potentia in D. Thom. 3. partem.

tia absoluta Deum neque per se, neque per alium mentiri posse: vt late probant Ban. & Val. loco superius allegato: Quibus suppositis

Dico fieri non posse per absolutam Dei potentiam, vt anima Christi iudicium habeat erroneum in intellectu. Probatur. Primo: quoniam ideo est impossibile Deum mentiri, aut errorem in intellectu causare, quia si Deus hæc faceret, hoc ipso auerteretur à semetipso, & veller id, quod est ipsi vt summæ veritati & bonitati contrarium: at hoc idem absurdum sequeretur, si in anima Christi Domini esset aliquis error: ergo. Maior probatur: quia falsitas & error speculatiuus non tantum opponitur veritati creatæ, sed etiam ipsi primæ veritati & sapientiæ, qua Deus iudicat hoc aut illud obiectū ab eo cognitum esse verum: constat autem Deum esse veritatem ipsam & sapientiam & iudicium, quo de rerum omnium iudicat veritate: igitur sibi contrarius & à semetipso auersus esset Deus, si falsum diceret aut errorem causaret, non minus quàm si peccaret aut esset causa peccati. Minor autem probatur: Quoniam actiones humanitatis Christi non à Deo tantum, vt prima causa, sed etiam speciali quadam ratione dirigebantur à Verbo illi personaliter vnito: igitur in actibus intellectus animæ Christi nulla potuisset falsitas aut error. Antecedens patet: quia ad suppositum rationalis naturæ specialiter & proxime pertinet dirigere omnes eius operationes. Conseq. vero probatur: quoniam ideo dicunt Theologi præsertim Thomistæ Angelum & primum hominem in primo instanti suæ creationis non potuisse peccare, quia peccatum illud Deo tribueretur vt authori & directori naturæ: at multo magis dirigit Deus assumptam à Verbo humanitatem, & eius omnes actiones, quam naturam Angelicam aut Adam in primo instanti creationis, ob dictam causam, quia scilicet duplici ratione dirigebantur à Deo: ergo. Et hæc est doctrina Damasc. lib. 3. de fide cap. 12. Secundo probatur: quoniam actiones naturæ sunt actiones suppositi operatis vt quod: igitur actiones humanitatis Christi sunt actiones personæ Verbi vt operantis: igitur falsitas omnis aut error, qui esset in cognitione animæ Christi, Verbo tanquam supposito per animam operanti tribueretur. Tertio probari potest hoc dictum illis omnibus argumentis, quibus probant expositores prædicti scilicet Ban. & Val. Deum nec posse mentiri, nec in alterius mente causam esse posse falsitatis aut erroris. Sed de hoc iterum differemus vltius infra quæst. 15. a. 3.

CONTRA prædictam veritatem produci possent Inducuntur argumenta, quæ contra secundum suppositum argumenta, referunt & soluunt Ban. & Val. loco supra notato. & soluti-
Contra eandem veritatem sunt argumenta Valq. Diss. 61. c. 9. quibus satisfiet in dicta q. 15. a. 3.

Secunda Controuersia.

An Christus habuerit aut habere potuerit errorem in parte sensitua?

REFERTVR à quibusdam recentioribus opinio Magistri Victorie ex eius scriptis in 3. p. q. 5. a. 3. dicentis non esse inconueniens, vt Christus infans deciperetur secundum sensum, vel somniaret aliquid falsum.

Suarez Disp. 24. sect. 3. §. Ad secundam confirmationem ait Christum Dominum ita sua virtute confortasse sensus exteriores, vt semper viderent seu apprehenderent res, pro vt vere sunt siue prope essent siue distantes, & siue hoc siue illo modo applicarentur. Alii nouiores dicunt Christum nunquam somniasse, ne deciperetur, quia homo cum

Sententia Doctorum.

M m somniat

sonniat aliquater in hæret similitudinibus tanquam rebus ipsis: & cum in somniis sit operatio compositiua, interuenit ibi deceptio.

Resolutio.
Ex commu-
nibus philo-
sophis prin-
cipis osten-
ditur Chri-
stum in par-
te sensitiua
nullum er-
rorem ha-
bere potuis-
se.

Sciendum est primo errorem in actu cognitionis, idem esse quod falsitas, quæ (de nostra cognitione loquendo) in sola compositione & diuisione, non autem in simplici apprehensione consistit: falsitas enim intellectus & cogitatiua solam cõsequitur compositionem aut diuisionem: falsitas autem imaginatiua seu phantasiæ aut sensus cõmunis absque iudicio intellectus esse non potest, vt patet ex D. Tho. de Ver. q. 8. a. 6. ad 15. Ad cuius euidentiam scito differentiam esse inter iudicium sensus præcise sumpti & iudiciũ intellectus: quod iudicium sensus præcise sumpti, id est præcise cõ- B cursu & participatione rationis, non est de re absolute, sed vt repræsentatur per talem speciem, iudicium autẽ intellectus est de re absolute: Ratio differentia est: quia sensus sicut respicit singulare pro vt est hic & nunc, ita ipsum cognoscit, & de eo iudicat pro vt hoc vel illo modo repræsentatur: intellectus autem noster res cognoscit, pro vt à materiæ conditionibus abstrahuntur, & secundum ea, quæ naturis eorum conueniunt absolute consideratis. Et ex hac sequitur alia differentia: quod intellectus cognoscens rem aliter quam sit secundum se, falsus est: sensus autem rem aliter cognoscens, aut iudicans, quam sit secundum se (si tamen eam cognoscat, & de ea iudicet secundum modum, quo per speciem illi repræsentatur) C vere & proprie falsus non est, vt cum Aug. docet S. Tho. loco notato, & alibi sæpe. Quo fit vt oculus noster cum sensu communi videns & iudicans, Solem cubitalem, & baculũ in aqua pro medietate existentem esse curuum non sit vere falsus, licet obiecto, pro vt in se est, absolute collatus in adæquatam habeat cognitionem, & secundum hanc rationem dicatur esse falsus, non causaliter tantum, sed etiam formaliter. Verum quia iudicium sensus ad rem, prout in se est & absolute cõsideratam non fertur, sed eam tantum cognoscit & de illa iudicat, pro vt illi per speciem repræsentatur: ideo falsitas illa, quæ sensui tribui solet in comparatione ad rem secundum se consideratã, nullam imperfectionem ponit in sensu: sicut nec proprie & absolute loquẽdo falsitas est: quia sensus non est aptus natus cognoscere res absolute sumptas, sed pro vt illi per speciem repræsentantur, siue ita fiat in re siue aliter. Ex quo sequitur primo, vt phantasia in somniis in hærens rerum similitudinibus, tanquam rebus ipsis nõ sit falsa proprie & simpliciter loquẽdo. Secundo sequitur dicta D. Tho. 1. p. q. 17. a. 2. & Arist. in 5. Metaph. tex. 34. afferentium in sensu esse posse falsitatem, interpretanda esse de falsitate minus proprie dicta. Vide etiam ea, quæ diximus 1. p. in allegata quæst. 17. quibus adde ea quæ dicentur inferius.

Secundo notandum est, potẽtiam sensitiuam prius esse passiuam respectu sensibilis, cuius speciem in se recipit vt agendi rationem, antequam sit actiua respectu sensationis, quam actiua per speciem elicet. Perfectio vero potẽtiæ passiuæ non in eo posita est, vt magis patiatur & immutetur, quam illam immutet agens: hoc enim est impossibile: sed in hoc vt à minoris virtutis agente facilius patiatur & immutetur: sicut maiorem habere potẽtiam calefendi nõ in eo consistit, quod magis calefiat, quam sit virtus aut actio calefacientis: sed in eos quod ab æquali vel à minus intensa virtute facilius calefiat. Sic igitur in proposito maior perfectio sensus, puta visus nõ in eo posita est, vt magis immutetur à sensibili, quam sensibile sensum ipsum immutet: sed in hoc, quod ab æquali, aut

etiam debiliori sensibili facilius immutetur.

Tertio notandum est virtutem agentis finiti spheram habere suæ actiuitatis determinatam, vltra quæ agere non potest: atq; ideo quanto magis extenditur ad remota, tanto magis minuitur eius efficitas: igitur sensibile, quod agens quoddam finitum est, tanto minorem habebit actiuitatem in sensum, quanto fuerit hic magis ab illo remotus: ita vt nõ tota virtus, qua sensibile sensum immutat, sed aliquid minus recipiatur in sensu remoto: ac proinde nec sensus totam tunc percipere poterit sensibilis quantitatem intensiuam aut extensiuam, vt patet inductiue in quolibet sensu, & singulariter in sensu visus, in quem agit visibilia per speciem formam pyramidis indudentem, cuius basis est in obiecto visibili, conus vero siue angulus est in pupilla: & quo fuerit minor angulus, eo minus apparet obiectum: tanto autem minor est angulus in pupilla, quanto distantius est obiectum: vt patet de Sole & stellis, quorum maxima quantitas ob nimiam ab oculo nostro distantiam videtur exigua: quia nimis non tanta est anguli quantitas, vt sufficiat ad totam Solis aut Stellæ quantitatem representandam: Igitur seruato rerũ ordine & secluso miraculo dicendũ est, distantia visibilia, puta Solem & stellas Christi oculis non secundum totam eorum quantitatem, sed secundum eam tantum magnitudinem fuisse repræsentata, secundum quã perfectæ virtutis oculo in tanta distantia possunt apparere: Neq; tamen consensuens est Christum in exteriori aut interiori anima suæ sensu errorem aliquem habuisse: quia licet visibilia valde distantia nõ secundum totam, sed secundum longe minorem quantitatem oculis eius obijcerentur & apparerent certissima tamẽ intellectus sui cognitione de propria & naturali eorum quantitate iudicabat. Quod et de Adã in statu innocentie S. D. affirmat 1. p. q. 94. a. 4. ad 3. dicens: Si aliquid repræsentatum fuisset sensui, vel phantasia primi hominis aliter, quã fuisset in rerum natura, non tamẽ deciperetur: quia per ratione veritatem iudicaret. quod et docet in 2. dist. 23. q. 2. a. 3. ad 4. Et de Ver. q. 18. a. 6. ad 15. vbi sic loquitur: Quando sensus repræsentat, quod accipit, non est falsitas in sensu, vt Aug. dicit in lib. de vera religione, sed falsitas est in intellectu: qui iudicat hoc modo esse in rebus, sicut sensus demonstrat: quod nunquam in Adã fuisset: qui à iudicio cessasset intellectus: vt in somniis, vel in vigilando de sensibilibus iudicans verum medium habuisset. Ex quibus verbis apparet de mente D. Th. hominem secundum phantasiam in somniis in hærens similitudinibus, tanquam rebus nullam incurrere falsitatem, nisi cum ea concurrat etiam deficiens iudiciũ intellectus: ac proinde Christum Dominũ absq; errore somniare potuisse dormiẽdo. Quamquã dici nõ incongrue posset Christi dormitionem & somnia fuisse cũ vsu rõis phantasiã ab errore præseruãte.

Ex dictis sequitur hac vnica conclusio. Christus nullum habuit, aut habere potuit errorem in parte sensitiua exteriori, aut interiori: Et probari potest illis omnibus fere medijs, quibus probatum est in Christo nullum esse potuisse iudicium erroneum intellectus.

Nec admittenda est probatio seu declaratio Suarezij dicentis Christũ Dominum sua diuina virtute ita confortasse sensus, vt semper videret aut apprehenderent res, p vt vere sunt siue prope essent siue distantes, &c. quia nõ sunt afferenda seu cõfingenda miracula sine necessitate: esset autẽ miraculũ supra totum ordinẽ naturæ, si tanta sensibus Christi virtus adderetur, vt totã posset obiecti quã maxime distans magnitudinẽ intueri: cui aliud ex parte sensibilis miraculũ esset addendũ, vt scilicet actiuitas eius in sensum ita distatẽm auergeretur: nam, vt ante diximus, vis naturalis obiecti non potest spe-

speciem in sensum ex tanta distantia causare, quæ A
sufficiat ad cognitionem quantitatis obiecto se-
cundum se conuenientis.

Tertia Controuersia.

An actus intellectiōis animæ Christi fuerit aut esse potue-
rit actus diuina cognitionis increatus, & quantum
ualeat ratio S. D. & an conclusio præsentis
articuli sit veritas idem?

Sententia
Doctōrum.

Q V A T V O R sunt huius controuersia partes: &
de prima fuit opinio Vgonis de S. Victore in
opusculo de anima Christi, & eius scientia, & lib. 2. de Sa-
cramentis parte 6. cap. 1. dicentis, animam Christi
per scientiam increatam formaliter cognouisse: B
qui tamen ab anima Christi non excludit actum
scientiæ creatæ: Quidam vero alij, quos referunt
Adamus in 2. dist. 1. & Greg. in 2. dist. 7. a. 1. quæst. 3. &
Capr. dist. 3. q. 2. arg. 10. contra r. concl. existimauerunt
beatos omnes Deum per actum increatæ visio-
nis intueri.

Quo ad secundam vero partem, quæ est de pos-
sibili, tenuit Io. de Ripa per Dei potentiam abso-
lutam id fieri posse, ut ait Capr. in 3. dist. 14. q. 1. in arg.
contra 2. concl. & Cai. 1. p. q. 26. a. 3. & super hoc a. & 1.
2. loco notato: Sed oppositam prædictis opinionib.
sententiam habet in hoc a. S. D. & 1. p. loco notato, &
in 3. dist. 14. q. 1. a. 1. & 2. q. 3. a. 1. & alibi sæpe: eandem
sequuntur & uentur omnes eius discipuli, ac præ-
ferunt Capr. & Cai. locis allegatis, Medina & Val.
super hoc a. & 1. 2. q. 3. a. 1. Aluar. disp. 51. eandem
sequuntur Suar. disp. 24. sect. 2. & Val. 1. super hoc art.

De tertia vero parte disputat Cai. cuius doctri-
nam impugnat Suar. in eo, quod ait actum intelli-
gendi non posse esse alterius actum, nisi in genere
naturæ.

Ad postremam autem partem respondet Me-
dina in 1. 2. q. 3. a. 1. opinionem Vgonis, & aliorum
supra relatam esse fere hæreticam: quod probare
nuitur pluribus argumentis, quibus concludit eam
esse hæreticam: in quam etiam partem inclinat
Valq. Suarez affirmat esse temerariam tantum, si
tamen non neget Vgo, & alij eiusdem opinionis
omnem actum scientiæ creatæ in Christo. Alii de-
niq; viri doctissimi media via incedentes dicunt D
prædictam opinionem esse erroneam.

N V L L V M actum intellectiōis animæ Christi
fuisse aut esse potuisse ipsum actum diuinae cog-
nitionis increatum probant optimis argumentis
Capr. Cai. Med. Val. Suar. Valq. & Aluar. locis su-
perius allegatis, quibusdam tamen argumentis ab
authoritate vitur Spar. quæ merito reprehendit
Valq. Videat hos authores, qui voluerunt: nihil e-
nim noui dicendum occurrit circa duas priores
huius controuersia partes.

Ratio D. Thom. in respons. ad 1. est: scientia, qua
Christus omnia cognouit per scientiam diuinam
operatione increata, est alterius naturæ ab anima
Christi & eius actibus: ergo hic actus non potuit
esse animæ Christi: ergo, si non fuisset in anima E
Christi aliqua alia scientia præter diuinam, nihil
cognouisset: at hoc est absurdum: ergo. Antecedens
probat, quia intelligere Dei est sua substantia,
ut probat Phil. in 12. Meth. 1. & 2. consequentiæ
relinquuntur ut nota: falsitas autem vltimi con-
sequentiæ probatur: quia sequeretur, quod frustra
fuisset assumpta: nam vnum quodque est propter
suam operationem. Cuius rationis primam con-
sequentiā ait in hoc principio fundari: quod o-
peratio est actus operantis secundum esse naturale, sub quo
secundo, quod diuina substantia non potest esse
actus secundum esse naturale alicuius creaturæ, se-
Naz. in D. Thom. 3. partem.

quitur non posse diuinum intelligere esse intelli-
gere, quo formaliter intelligat creatura. Declarat
Cai. dictum principium dicens particulam illam:
secundum esse naturale, positam esse ad differentiam
actus secundum esse intelligibile, quale est obiectum
intellectus, & est perfectio & actus intellectus
secundum esse intelligibile: quo modo fieri potest,
ut substantia illa, quæ est purus actus, non solum
in genere entis, sed etiam in ordine intelligibili sit
perfectio & actus alterius secundum esse intelli-
gibile: ut explicauimus in 1. p. q. 12. a. 2. in 3. contr. Nec
audendus est Suarez hic oppositum docens. Pro-
bat autem illud primo inducendo: quia generare
est à generante secundum esse naturale, & sentire
est in sentiente secundum esse naturale, & simili-
ter desiderare in desiderante, & intelligere in in-
telligente. Secundo ex terminis: Quia operans,
in quantum operans, secundum suum esse natu-
rale operatur, sicut & est Sed principium illud in o-
perationibus potentiæ cognoscitiuæ, tam sentiti-
uæ, quæ intellectui manifeste falsum est: ac pro-
inde sic absolute prolaturum non est admittendum.
Constat enim ex dictis in 1. p. q. 14. a. 4. & 5. & q. 27.
a. 2. quod intelligere est esse intelligentis, ut intel-
ligens est, siue intellectus in actu, qui constat ex
virtute intellectiua, specie intelligibili & verbo:
quorum omnium intelligere est esse diuerso mo-
do: ut explicauimus in allegata q. 27. a. 1. Contr. vni-
ca: igitur hæc operatio quæ est intelligere, non est
actus operantis secundum esse naturale, sed secun-
dum esse intelligibile: immo est ipsum esse, & vlti-
ma actualitas in ordine intelligibili: Quod si dicas
intelligere ut sic, claudere in se etiã suum esse na-
turale, & secundum illud esse necessario actum in-
tellectus, eadem reijciatur facilitate, qua dictum fue-
rit. Nam licet species intelligibilis creata ut acci-
dens quoddam est, suum habeat esse naturale,
quo actuatur intellectum, quæ per se primo actuatur
secundum esse intelligibile: tamen essentia diui-
na, quæ species est intellectus Deum videntis, hæc
non admittit imperfectionem, ut secundum esse
naturale sit actus intellectus Deum videntis: eadẽ
ergo ratione separari poterit hæc imperfectio ab
ipsa diuina intellectiōe, ut scilicet fiat actus intel-
lectus creati secundum esse intelligibile, nõ autem
secundum esse naturale. Et ex his patet responsio
ad inductionem. Ad rationem autem dico propo-
sitionem illam: operans in quantum operans, secundum
suum esse naturale operatur, sicut & est: dupliciter in-
telligi posse: Vno modo primo, & sic vera est: sed
nihil probat: quia gradus & ordo est: nõ operati-
onis non attenditur secundum gradum & ordi-
nem principij primi, sed proximi: Alio modo po-
test intelligi de operari proxime: & ita falsum est
in operante cognoscitiuo, ut cognoscitiuum est:
sic enim operatur non sicut est secundum esse na-
turale sed sicut est secundum esse cognoscitiuum,
siue secundum quod est ipsam cognoscibile.

Alius igitur interpretanda est ratio D. Tho. Ad
Vera inter-
pretatio.
cuius euidentiã supponendum est id, quod hic
explicat & probat optime Cai. & alij recentiores,
nimirum de ratione operationis vitalis esse, ut sit
ab eo, cuius est operatio vitalis. Et quoniam hæc
habituudo vitalis operationis ad suum vitale prin-
cipium est ipsius in trinitate natura, quæ variari nõ
potest: consequens est, ut secundum diuersitatem
genericam aut specificam vel etiam indiuidualem
vitalium operationum sit etiam diuersitas vitaliũ
principiorum aut operantium, à quibus proce-
dunt, aut qui secundum eas operantur, ita ut im-
possibile sit, etiam per absolutam Dei potentiam,
vnum Angelum intelligere per intellectiōem
alterius, aut velle per volitionem alterius, & ho-
minem

Resolutio.
Inicantur
Doctōrum
scripta pro
defensione
duarũ prio-
rum partium
Controuers.

Tertia parti
Controuersia
Resoluitur ex-
positione
Cai. affer-
tur vera in-
terpretatio
rationis D.
Thomæ.

minem intelligere aut velle per intellectione aut A
 volitionem Angeli vel alterius hominis & Leo-
 nem aut hominem videre per visionem Bouis
 aut Aquilae: & sic de singulis. Sicut enim implicat
 naturam vnius actus vitalis esse naturam alterius
 actus vitalis, ita implicat vnu actum vitalem ha-
 bere habitudinem essentiali ad principium al-
 terius actus vitalis, aut ad aliud suppositum, cui
 tanquam operanti tribuitur. Cum igitur actus
 in creatus scientia Dei sit longe alterius natura ab
 actu scientia creatae (quae diuersitas praecipue in
 hoc posita est, vt actus diuinae scientia a nullo pos-
 sit causari principio, cum sit ipsa substantia Dei)
 consequens est, vt per Dei potentiam absoluta in
 fieri non possit, vt intellectus creatus intelligat
 formaliter per actum increatum diuinum intelle- B
 ctionis: itaque male Cai. rationem hanc D. Tho.
 ab ea distinxit, quae ex natura vitalis operationis
 accipitur, cum eadem omnino sit, vt ex praedictis
 clucet.

Poster. pars
 Controu.
 Opinione
 essentem
 animam
 Christi
 per scien-
 tiam increa-
 tam multa
 cognouisse
 non esse ha-
 reticam, sed
 temeraria
 & haeresi
 proximam.

SVPEREST iam postrema controu. pars inquirens,
 an conclusio praecedens articuli sit veritas fidei, ita
 vt oppositum sit haeresi aut errori in fide. Cui qua-
 esito breuiter respondens

DICO PRIMO certam esse fidei veritatem, Christum
 secundum intellectum sua humanitatis scientiam, & actu
 cognitionis rerum habuisse, & actum illum non fuisse di-
 uinum essentialiter, sed creatum. Hanc veritate pro-
 bant recentiores loci supra notatis: & prima huius
 dicti pars saepe significatur in sacris litteris Matth.
 22. 10. 8. & 11. & alijs in locis, vbi fit mentio de co-
 gnitione Christi, quatenus homo est: & expresse
 diffinitur haec cum secunda eiusdem dicti parte in
 sexta Synodo, & alijs vniuersalibus concilijs, quae
 referuntur infra quast. 19. art. 1. partim a D. Th. &
 partim ab expositioibus: secunda vero pars proba-
 tur ab authoribus notatis in 1. & 2. controu. parte.

SECUNDO DICO propositionem haereticam eam esse
 se, quae sacra litteris, aut diuinis traditionibus, aut sum-
 morum Pontificum, vel Concil. vniuersalium definitio-
 nibus, aut deductis ex aliquo dictorum propositionibus, per ne-
 cessariam, & euidentem consequentiam, aut deniq; comu-
 ni Patrum consensu in ijs, quae ad fidem pertinent, est con-
 traria, vt docet Melchior Canus lib. 12. de locis Theol.
 cap. 3. & Penna in suis commentarijs ad Directorum In-
 quis. par. 2. Com. 27. vbi octo regulis comprehendit D
 omne genus catholicarum veritatum, & propo-
 sitionum haereticarum illis oppositarum. Cum igitur
 opinio dicens animam Christi per actum in-
 creatum intellectiois formaliter multa cognouisse:
 & cum ea tamen scientiam & notitiam creatam
 habuisse, nulli sit ex praedictis fidei regulis aduer-
 sa, vt facile patebit discurrendo per singulas, & ma-
 gis elucecet ex solutionib. argumentorum: con-
 sequens est non esse haereticam aut erroneam in
 fide proprie & formaliter loquendo, sed esse tem-
 merariam & errori ac haeresi valde proximam:
 Quod videtur intendisse Medina in 1. 2. dicens il-
 lam esse fere haereticam: licet in argumentis abso-
 lute concludat illam esse haereticam: suam autem
 sententiam clarius expressit super hoc a. dicens in 2. E
 sua concl. opinionem Ioannis de Ripa esse temera-
 riam & periculosam, & hoc probant ea omnia lo-
 ca scripturarum, definitiones Conciliorum, dicta
 S. Patrum, & rationes, quas producant hic, & in
 1. 2. recentiores contra dictam opinionem.

Conclusio-
 nes dedu-
 ctas, & pro-
 bant.

PRIMA CONCL. Nullus actus intellectus anima
 Christi fuit, aut esse potuit, etiam per Dei potentiam abso-
 lutam, actus diuinae cognitionis increatus. Hanc con-
 clusionem probat optime S. D. in responsione ad
 primum. Alias eius probationes lege, si vis, apud
 autores allegatos in prima, & secunda parte con-
 trouersiae.

SECUNDA CONCL. Ratio D. Th. in solutione primi
 intellecta in sensu declarato in 3. p. Controu. probat optime
 conclusionem. Haec patet ex dictis.

TERCIA CONCL. Haeresis est manifesta negare in
 intellectu anime Christi fuisse actum intellectiois
 creatam. Haec patet ex dictis, & probat eam autho-
 res supra notati, & magis patebit infra q. 19. a. 1.

VLTIMA CONCL. Opinio dicens animam Christi
 habuisse quidem actum scientia creatae, sed cognouisse eam
 per actum scientia increatae formaliter, non est haeretica,
 aut erronea proprie loquendo, sed valde temeraria, & erro-
 ri proxima: Haec patet ex dictis, & probant eam au-
 thores supra nominati.

CONTRA primam conclus. quo ad primam eius
 partem sunt argumenta, quae referunt & soluunt
 Med. & Vasq. in 1. 2. q. 3. a. 1. Contra eandem con-
 clus. quo ad secundam eius partem sunt argumē-
 ta quae referunt & soluunt Capr. in 3. dist. 14. qu. 1.
 Cai. & Med. super hoc art. Suar. dist. 24. sect. 2. & Al-
 uar. dist. 51.

Argumentum
 &
 solutionis.

CONTRA secundam concl. militat eadem argu-
 menta, quae contra secundam partem primae con-
 clus. producant, & soluunt expositores praedicti.

CONTRA tertiam concl. eadem possunt pro-
 duci argumenta, quae militant contra primam.

Ob. 1. cont.
 ver. concl.

CONTRA vltimam concl. argumentatur Med.
 in 1. 2. q. 3. a. 1. Primo: quia Ioannis 14. dicitur: Philip-
 pe, qui videt me, videt & Patrem, & 1. Ioannis 3. Cum ap-
 paruerit, similes ei erimus, & videbimus eum, sicut est. Vi-
 dere autem in rationali creatura est producere vi-
 sionem, ergo diuina scriptura significat Deum ad
 creatura videri visione creatae, non autem increa-
 ta. Resp. non esse certum secundum fidem id, quod
 subsumitur, nimirum videre in rationali creatura
 esse producere visionem: Et ideo nulla est argu-
 menti consequentia.

Solutio

Secundo, quia omnes Theologi in 4. dist. 49. do-
 cent beatitudinem esse perfectionem inhaerentem
 beatorum animis: quae beati vident Deum, eoque
 perfuuntur: ergo beatitudo est res creata. Resp.
 Theologos id non asserere tanquam omnino cer-
 tum secundum fidem.

Obi. 1.

Solutio

Tertio, quia in Clem. Ad nostrum de haeret. ex Con-
 cilio Viennensi sub Clemente 5. decretum est haereticum
 esse asserere, quod homo non indigeat lumine gloriae
 ex parte intellectus ad videndum Deum: ergo intellectus
 beati producit visionem beatificam: probatur consequentia:
 Quia alioquin non esset necessarium lumen gloriae. Resp. nullam
 esse consequentiam: quia defensores oppositae sen-
 tentiae dicerent necessarium esse lumen gloriae ad
 recipiendam visionem increatam in intellectu:
 sicut nos dicimus esse necessarium ad recipiendam
 in intellectu diuinam essentiam vt formam intel-
 ligibilem & ad actum visionis eliciendum.

Solutio

Quarto, quia Concilium Ephel. & Vien. & Co-
 stantin. 6. & Tolet. 14. anathema pronunciant ei,
 qui dixerit, quod in Christo Iesu non fuerit gemi-
 nus intellectus, gemina voluntas & gemina scientia,
 creata scilicet & increata: ergo haereticum est
 asserere in Christo Iesu fuisse vnicam tantum vi-
 sionem increatam, per quam Deum videret. Resp.
 haec Concilia determinant duplicem esse in Christo
 Domino operationem alteram creatam, & alteram
 increatam, q. non negant praedictae sententiae de-
 fensores: sed tantum asserunt increatae cognitionis
 actum anime Christi communicari, ita vt intelligat
 intellectu diuina: sicut subsistit substantia di-
 uina: cum quo tamen affirmant eandem Christi
 animam alias simul habere creatas intellectioes.

Obi. 1.

Solutio

Quinto, quia Concil. Trid. sess. 6. can. 4. anathe-
 ma dicit ei, qui dixerit hominem, cum iustificatur,
 nihil profus operari, sed se habere mere passiuum

Obi. 5.

tan-

tanquam inanime organum, ergo multo magis est tanquam hereticus execrandus, qui docet hominem, cum Deum videt, nihil penitus operari. Præterea in eodem Concilio, & *señ. can. 10.* definitur contra Lutherum & contra Osiandrum hæreticos, quod non sumus iusti formaliter per iustitiam, quæ est in Christo: ergo hæreticum est asserere beatos esse beatos, & videre Deum per visionem in Deo existentem. *Resp.* quidam hoc argumento probari sententiam illam esse erroneam, quia per bonam consequentiam deducitur opposita veritas ex definitionibus dicti Concilii: non tamen probari esse hæreticam: quia non expresse definitur ibi opposita veritas. *Sed hæc responsio supponere videtur vnum falsum, videlicet non esse hæreticas illas propositiones, quæ per necessariam, & evidentem consequentiam ex definitionibus vniuersalium Conciliorum deducuntur: cuius oppositum docent Canus & Penna locis supra notatis. Aliter ergo respondeo & dico consequentias illas non esse satis evidentes: quia dicent illius opinionis assertores animam Christi, & alios beatos Deum increata visione videntes non se habere mere passive, sed vere ac proprie agere & operari operatione increata illis à Deo comunicata, quatenus actio formaliter est, quamuis ab eis producta non esset, & similiter dicerent de iustificatione per Christi iustitiam imputatam, & de videre visione increata ipsi videnti comunicata, quoniam illa extrinseca est, & non potest facere hominem formaliter iustum, sed oportet ut iustitiam habeat formaliter inherenter, ut vere & proprie sit & nuncupetur iustus: at visio increata ponitur à prædictis opinantibus, ita comunicari animæ Christi & aliis beatis, vtilis formaliter inquit magis & intimius, quam per inherenter: sicut in 1. p. q. 12. a. 2. diximus de essentia diuina respectu intellectus creati Deum videntis. Alia argumenta ex prædictis facile diluuntur.*

ARTICVLVS II.

Utrum Christus habuerit scientiam, quam habent Beati, vel comprehensores.

In fra. art. 3. cor. B. op. 3. cap. 23.
AD secundum sic proceditur. Videtur, quod in Christo non fuerit scientia Beatorum, vel comprehensorum. scientia enim Beatorum est per participationem diuini luminis: secundum illud psal. 35. In lumine tuo videlimus lumen. Sed Christus non habuit lumen diuinum tantquam participatum, sed ipsam diuinitatem in se habuit substantialiter manentem: secundum illud Coloss. 2. In Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ergo in Christo non fuit scientia Beatorum.

Præterea, scientia Beatorum eos beatos facit, secundum illud Ioan. 17. Hac est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum: & quem misisti Iesum Christum. Sed homo ille fuit beatus ex hoc ipso, quod fuit Deo vnitus in persona: secundum illud psal. 64. Beatus quem elegisti & assumpsisti. Non ergo oportet potere in ipso scientiam Beatorum.

Præterea, scientia duplex homini competit, vna secundum suam naturam, alia supra naturam. scientia autem Beatorum, quæ in diuina visione consistit, non est secundum naturam hominis, sed supra eius naturam. In Christo autem fuit alia supernaturalis scientia multo altior, scilicet scientia diuina. Non ergo potuit in Christo esse scientia Beatorum.

Sed contra, scientia Beatorum in Dei cognitione consistit. Sed ipse plene cognouit Deum, etiam secundum quod homo: secundum illud Ioan. 8. Scio eum, & sermonem eius seruo. Ergo in Christo fuit scientia Beatorum.

Respondeo dicendum, quod illud, quod est in potentia, Naz. in D. T. hom. 3. part. em.

Areducitur in actum per id, quod est actus: oportet enim esse calidum id, per quod alia calefiunt. Homo autem est in potentia ad scientiam Beatorum (quæ in Dei visione consistit) & ad eam ordinatur sicut ad finem: est enim creatura rationalis capax illius beatæ cognitionis, in quantum est ad imaginem Dei. Ad hunc autem finem beatitudinis homines reducuntur per Christi humanitatem, secundum illud Hebr. 2. Decebat eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummari. Et ideo oportuit, quod cognitio beata in Dei visione consistens excellentissime Christo homini conueniret: quia semper causam oportet esse potiore causato.

Ad primum ergo dicendum, quod diuinitas vnita est Quæstio. humanitati Christi secundum personam, non secundum essentiam, vel naturam: sed cum vnitate personæ remanet distinctio naturarum. Et ideo anima Christi, quæ est pars humane nature per aliquod lumen participatum à natura diuina, perfecta est ad scientiam beatam, quia Deus per essentiam videtur.

Ad secundum dicendum, quod ex ipsa vnione homo ille est beatus beatitudine increata, sicut ex vnione est Deus. Sed præter beatitudinem increatam oportuit in natura humana Christi esse quandam beatitudinem creatam, per quam anima eius in vltimo sine humane nature constitueretur.

Ad tertium dicendum, quod visio, seu scientia beata est quodammodo supra naturam anime rationalis, in quantum scilicet propria virtute ad eam peruenire non potest. Alio vero modo est secundum naturam ipsius, in quantum scilicet secundum naturam suam est capax eius, prout scilicet est ad imaginem Dei facta: ut supra dictum est. Sed scientia increata, est omnibus modis supra naturam anime humane.

Forma Textus.

CONCL. est: Oportuit, quod cognitio beata in Dei visione consistens excellentissime Christo homini conueniret. Probatur prima pars: quia illud, quod est in potentia, reducitur in actum per id, quod est actus: Sed homo est in potentia ad scientiam Beatorum, quæ in Dei visione consistit, ad quem reducitur per Christi humanitatem: ergo oportuit, quod cognitio beata in Dei visione consistens Christo homini conueniret: Maior probatur exemplo: quia oportet esse calidum id, per quod alia calefiunt. Minor quo ad primam partem probatur: Quia creatura rationalis est capax illius beatæ cognitionis, in quantum est ad imaginem Dei, & ad eam ordinatur sicut ad finem. Quo ad alteram vero partem probatur ex dicto Apost. ad Hebr. 2. Secunda demum pars conclusionis, quod scilicet excellentissime &c. probatur, Quia semper causam oportet esse potiore causato.

Expositio Textus.

VIDENDA sunt, quæ scribunt S. D. & eius expositores infra q. 34. a. 4. vbi quaeritur: an Christus fuerit perfectus comprehensor in primo instanti suæ conceptionis, & q. 46. art. 8. vbi quaeritur: an tota anima Christi in passione frueretur fruitione beata, & Melchior Canus de locis Theol. lib. 12. cap. 14.

Concl. huius articuli probant optimis argumentis Medina super hoc a. & infra q. 34. a. 4. Suarez disp. 25. sect. 1. Val. puncto 2. & Aluar. disp. 52. quos vide, si placet. Vide etiam, quæ notat Caiet. circa discursum D. Tho. & circa repositionem ad tertium argumentum.

Sed præterea duo notanda sunt. Primum est, beatam illam visionem non impedisse Christi sensus exteriores aut interiores et eorum operationibus: ut ostendimus in 1. p. q. 12. a. 11. in secunda Controu. de mente D. Tho. locis ibi notatis: quibus adde

perfectionem luminis gloriæ & visionis propriâ A esse causam, vt inferiores potentia cognoscitiuâ à suis actibus non impediatur in Christo & in beatis. Cuius materia corporalis euenit in Moyse & Paulo propter luminis & visionis imperfectionem: erant enim in his lumē & visio ad modum passionis transeuntis, non autem ad modum habitus seu qualitatis permanentis.

Secundum est Christi animam fuisse beatam formaliter per visionem Dei, non autem per visionem cum Verbo personalem, vt asserunt quidam recentiores. Primo quoniam, vt ait S. Tho. in 1. 2. q. 3. art. 5, beatitudo est operatio, non quæcunq;ue, sed optima: hæc autem est illa, quæ est optimæ potentia scilicet intellectus respectu optimi obiecti, scil. boni diuini, in quo supereminenter continentur omnia bona desiderabilia: talis autem actus est visio, qua Deum per essentiam videt anima Christi: igitur per hæc visionem est beata formaliter. Secundo: beatitudo formaliter est operatio, quæ est affectio summi boni: hæc autem est visio, vt probat S. D. in 1. 2. q. 3. a. 1. & seq. ergo. Tertio: Deus non est beatus secundum rationem essentia, secundum quam est idem sibi, sed secundum intellectualem operationem, vt ait S. D. 1. p. q. 26. ar. 2. in c. & ad 1. ergo similiter anima Christi non est beata secundum rationem personalitatis aut diuinitatis, cui personaliter vnitur, sed ratione visionis: Conseq. patet: quia beatitudo nostra est participatio diuinæ beatitudinis: ergo debet cum illa proportionalem habere similitudinem, vt nostra, sicut & illa in operatione consistat. Vltimo: Beatitudo formaliter nõ ita debet esse summum bonum, vt non ordinetur ad altioris ordinis bonũ: sed satis fuerit, si bona omnia eiusdem ordinis cum illa ordinentur ad eam, ipsa vero ad nihil aliud eiusdem ordinis ordinetur: at visio Dei in anima Christi talis est: ergo. Maior probatur: Quia beatitudo formalis in creaturis est operatio creata, quæ est affectio summi boni tanquam vltimi finis, ad quem ordinatur, vt patet ex 1. 2. locis paulo ante notatis. Minor vero probatur: quia visio animæ Christi finis est omnium habituum supernaturalium existentium in eadem anima: ergo licet hæc visio ordinetur ad bonum altioris ordinis, scilicet ad vnionem hypostaticam, non ideo definit esse beatitudo. Et per hæc diluuntur obiecta, quæ ex ratione maioris nobilitatis bonitatis, & ex ratione causalitatis finalis conuenientis vnioni hypostaticæ respectu visionis animæ Christi trahi possunt.

fectum ad perfectum, & sicut dispositio ad terminum: videtur, quod cum Christus habuerit cognitionem beatã, quod non fuerit ei necessarium habere aliam cognitionem.

Præterea: Sicut materia corporalis est in potentia ad formam sensibilem, ita intellectus possibilis est in potentia ad formam intelligibilem. Sed materia corporalis non potest simul recipere duas formas sensibiles, vnã perfectiorem, & aliam minus perfectam: ergo neq; anima potest simul recipere duplicem scientiam, vnã perfectiorem, & aliam minus perfectam, & sic idem quod prius.

Sed contra est, quod dicitur Coloss. 2. quod in Christo sunt omnes thesauri sapientia, & scientia absconditi.

Respondet dicendum, quod sicut dictum est, decet at, vt Ar. huius natura humana assumpta à Verbo Dei, imperfecta non quæset. Omne autem quod est in potentia, est imperfectum, nisi reducat ad actum. Intellectus autem possibilis humanus est in potentia ad omnia intelligibilia. Reducitur autem in actum per species intelligibiles, quæ sunt quedam forma completa ipsius, vt patet ex his, quæ dicuntur in tertio de Anima. Et ideo oportet in Christo ponere scientiam inditam, in quantum per Verbum Dei, anima Christi sibi personaliter vnita, impressa sunt species intelligibiles ad omnia, ad quæ intellectus possibilis est in potentia. Sicut etiam per Verbum Dei impressa sunt species intelligibiles menti Angelica in principio creationis rerum: vt patet per Augustinum 2. super Genes. ad litteram. Et ideo, sicut in Angelis secundum eundem Augustin. ponitur duplex cognitio (vna scilicet matutina, per quam cognoscunt res in propria natura per species sibi inditas) ita præter scientiam diuinam increatam, est in Christo secundum eius animam scientia beata, qua cognoscit Verbum, & res in Verbo: & scientia infusa, siue indita, per quam cognoscit res in propria natura per species intelligibiles humane menti proportionatas.

Ad primum ergo dicendum, quod visio imperfecta fidei in sui ratione includit oppositum manifestæ visionis, eo quod de ratione fidei est, vt sit de non visis, vt in Secunda parte dictum est. Sed cognitio, quæ est per species inditas, non includit aliquid oppositum cognitioni beatæ. Et ideo non est eadem ratio vtrouique.

Ad secundum dicendum, quod dispositio se habet ad perfectionem dupliciter. Vno modo sicut via ducens ad perfectionem, alio modo sicut effectus à perfectione procedens. Per calorem enim disponitur materia ad suscipiendam formam ignis, quæ tamen adueniente, calor non cessat, sed remanet quasi quidam effectus talis forme. Et similiter opinio ex syllogismo dialectico causata, est via ad scientiam, quæ per demonstrationem acquiritur: quæ tamen acquisita, potest remanere cognitio, quæ est per syllogismum dialecticum, quasi consequens scientiam demonstratiuam, quæ est per causam. Quia ille, qui cognoscit causam, ex hoc etiam magis potest cognoscere signa probabilia, ex quibus procedit dialecticus syllogismus. Et similiter in Christo, simul cum scientia beatitudinis manet scientia indita, nõ quasi via ad beatitudinem, sed quasi per beatitudinem confirmata.

Ad tertium dicendum, quod cognitio beata non fit per speciem, quæ sit similitudo diuinæ essentia, vel eorum, quæ in diuina essentia cognoscuntur: vt patet ex his, quæ in Prima par. dicta sunt, sed talis cognitio est ipsius diuinæ essentia immediate per hoc, quod ipsa essentia diuina vnitur menti beata, sicut intelligibile intelligenti, quæ quidem essentia diuina est forma excedens proportionem cuiuslibet creature. Vnde nihil prohibet, quin cum hac forma superexcedente, simul infusa rationali menti species intelligibiles proportionata suæ nature.

Sensus quæsti.

Quomodo differant in proprietate sermonis scientia indita & infusa declarat optime Cai. & post eum Med. & Suar. in Com. huius a. Sed præterea quomodo differant scientia indita vel infusa

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam inditam, vel infusam.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod in Christo non sit alia scientia indita, vel infusa præter scientiam beatam. Omnis enim alia scientia comparatur ad scientiam beatam, sicut imperfectum ad perfectum. Sed præsentis cognitione perfecta, excluditur cognitio imperfecta: sicut manifesta visio faciei excludit anigmaticam visionem fidei, vt patet prime ad Corinth. 13. Cum igitur in Christo fuerit scientia beata (vt dictum est) videtur, quod non potuerit in eo esse alia scientia indita.

Infra q. 12. a. 1. cor. & 3. dist. 14. art. 1. q. 5. Et veri q. 20. ar. 2. c. si. & ar. 3. Et op. 9. c. 223. Et op. 2. q. 31. ar. præc.

Præterea, Imperfectior modus cognitionis disponit ad perfectiorem: sicut opinio, quæ est per syllogismum dialecticum, disponit ad scientiam, quæ est per syllogismum demonstratiuum. Habita autem perfectione non est vltimus necessaria dispositio: sicut habito termino, non est necessarius motus. Cum ergo cognitio quacunque alia creata comparatur ad cognitionem beatam, sicut imper-

Tex. 32. 38.

Cap. 8. Lib. 11. de ciuit. Dei cap. 7.

q. 2. q. 4.

D. 48.

q. 1. ar. 2.

ab ac.

ab acquisita, declarant Caiet. *art. seq. 8. Ad horum e-*
videntiam. Et Medina *super hoc artic.* qui & explicat
quoruplex sit scientia acquisita; Nec audiendus
est Suarez negans scientiam inditam eadem actio-
ne produci, qua producitur subiectum; quamuis
enim eius opinio sit probabilis; oppositam tamē,
vt absolute veram esse sequendam ostendimus in
1. p. q. 55. art. 2. *Controu. 2.*

Forma Textus.

CONCLUS. est: Oportet in Christo ponere scientiam
inditam: probatur dupliciter. Primo, quia de-
cebat, vt natura humana assumpta à Verbo im-
perfecta non esset; ergo oportet in Christo pone-
re scientiam inditam. Antecedens patet ex articu-
lo præcedente, consequentia vero probatur: quia
aliter intellectus eius possibilis esset imperfectus:
Probatur hoc assumptum; quia omne quod est in
potentia, est imperfectum nisi reducat ad actum:
sed intellectus possibilis Christi & omnis alius
humanus est in potentia ad omnia intelligibilia,
& reducit in actum per species intelligibiles;
ergo intellectus possibilis Christi esset imperfe-
ctus, si non haberet species intelligibiles inditas,
quod est habere scientiam inditam. Declaratur
conclusio principalis explicando modum, quo
species inditæ sunt animæ Christi, & dicendo eas
esse inditas, quatenus per Verbum Dei animæ
Christi sibi personaliter unitæ impressæ sunt spe-
cies, intelligibiles ad omnia, ad quæ intellectus
possibilis est in potentia; sicut etiam per Verbum
Dei impressæ sunt species intelligibiles menti An-
gelicæ in principio creationis rerum. Secundo
probatur conclusio à simili in Angelis; in quibus
secundum Augustinum ponitur duplex cognitio
&c. vt in textu.

Expositio Textus.

DE VERITATE conclusionis disputant Medi-
na *super hoc artic.* & Aluarez *in expos. & in Con-*
trou. 53. concl. prima. Probationis autem efficacia-
tem explicat optime Caiet. *hic & quæst. 11. art. 1. in*
principio expositionis; quem sequitur Suarez. *in Com-*
mentario.

Vide etiam, quæ notat Caiet. circa respons. ad
2. & 3. argum. D. Thom.

Controuersia Vnica.

An præter visionem beatam sit aliqua scientia indita vel
infusa animæ Christi distincta à donis, & à virtutibus
intellectualibus supernaturalibus Christi, & à
scientia nostra Theologia, & an sit
infusa per se.

Sententia
Doctorem.

CAIET. *infra qu. 19. art. 3. 8. ad hoc dicitur* ait Scien-
tiam infusam animæ Christi comprehendere
in se dona Spiritus S. ad intellectum pertinen-
tia, scilicet donum Sapientiæ, Intellectus, scien-
tiæ & Consilij: quod idem etiam consequenter
affirmaret de virtutibus intellectualibus de qui-
bus est eadem ratio.

Alij dicunt scientiam infusam animæ Christi
esse quidem à virtutibus intellectualibus & do-
nis distinctam, sed non esse per se, sed per accidens
tantum infusam; & ex his quidam dicunt scien-
tiam hanc esse eiusdem atomæ speciei cum nostra
Theologia, quæ supernaturalis est, & tamen no-
stris actibus est acquisibilis; quidam autem dicunt
scientiam hanc esse eiusdem ordinis cum scientiis
naturalibus nostris actibus acquisitis, & cum ea
quæ in statu innocentie fuit Adæ protoparenti

diuinitus infusa: ita docet Alensis *in 3. p. q. 3. memb.*
1. & 2. S. Bonau. in 3. dist. 14. art. 1. q. 1. Scotus quæst. 3.
Dur. q. 4. Ricard. q. 3. art. 1. Gabriel art. 2.

Caiet. *infra a. 4. 8. in corpore, & q. 11. art. 6.* docet
hanc animæ Christi scientiam esse ordinis natu-
ralis, & esse specie differentem à scientiis nostris
naturalibus, eo quod sit de genere connaturaliū
Angelis & animabus separatis.

Sed idem Caiet. hic & alij Thomistæ exposito-
res, & ante eos Capr. *in 3. dist. 14. q. 1. concl. secunda;*
docent scientiam hanc esse per se infusam, & esse
debitam animæ Christi ratione suæ dignitatis &
status, & specie distingui à cæteris virtutibus in-
tellectualibus & donis Spiritus S. & colligi po-
test hæc sententia ex A. nostro D. tam in hoc artic.
quam in 1. q. 11.

B QUATVOR habet partes hæc Controuersia: *Resolutio.*
de quibus singulis ordinate ac breuiter agen-
dum est. *Prima pars*
respondetur
quatuor di-
ctis naturæ,
& dignita-
tem scientiæ
infuse ani-
mæ Christi
declaranti-
buss.

AD PRIMAM igitur inquirentem; num præter
visionem beatam sit aliqua scientia indita vel in-
fusa animæ Christi, DICO PRIMO, certam esse fidei
doctrinam in anima Christi præter visionem beatam esse
aliam cognitionem supernaturalem. Probatur hoc di-
ctum. Primo, quia secundum fidem certum est in
anima Christi fuisse & esse dona Spiritus S. vt pro-
bat S. Doct. & eius expositores *supra q. 7. art. 5.* er-
go certum est in ea fuisse cognitionem, quæ est
per donum sapientiæ, Scientiæ, Intellectus & Cõ-
silij. Secundo certum est in anima Christi fuisse
virtutes omnes morales; vt patet ex allegata *q. 7. a.*

C 2. ergo in ea fuit etiam prudentia supernaturalis;
quæ est alia cognitio à visione beata; Tertio pro-
batur: quia Christus ex parte animæ longe fuit
excellentiõs cæteris aliis omnibus viatoribus; at
in his fuit multiplex cognitio supernaturalis, puta
fidei, prudentiæ, donorum & prophetiæ; ergo
multo magis in anima Christi viatoris simul & cõ-
prehensoris fuit cognitio supernaturalis à visio-
ne distincta seculis imperfectionibus.

SECUNDO DICO in anima Christi præter visionem
beatam, & prudentiam supernaturalem, & dona Spi-
ritus S. esse aliam cognitionem realiter ab his omnibus di-
stinctam, & supernaturalem. Probatur quoniam in

Christo, quatenus merebatur, debuit esse cog-
nitio aliqua supernaturalis, per quam dirigerentur
opera meritoria; at hæc non potuit eadem esse cū

D aliqua prædictarum cognitionum; ergo. Maior
probatur: quia opera supernaturalia non dirigū-
tur, nisi per cognitionem supernaturalem; Minor
probatur, quo ad singulas partes virtualiter in ea
contentas; & primo quo ad visionem beatificam;
quoniam hæc ad statum pertinet comprehen-
soris, vt præmium præcedentiū omnium meritorū;
ergo. Et confirmatur: quia visio beata non potest
ordinari ad aliud; ergo non potest esse principium
meriti: Quo ad secundam vero partem, scilicet
prudentiam supernaturalem probatur: quoniam
hæc est omnino practica, & non eleuatur in con-
templationem Dei, quem tamen oportet præco-
gnoscere, vt in illum tanquam vltimum finem di-
rigantur opera meritoria; quo ad tertiam vero
partem, scilicet dona Spiritus sancti probatur;
quoniam hæc à Deo dantur, non vt per se primo
principia sint eliciendæ cognitionis, sed vt anima
per illa sit facile mobilis à Spiritu sancto atque
adeo vt præsuppositum adiuuent supernatura-
lis cognitionis principium ab eis omnino distin-
ctum.

TERTIO DICO Christum, vt hominem scientiam
hanc habuisse à principio sive conceptionis. Ita satis aper-
te docet S. Th. *infra q. 14. a. 4. ad. 2. & q. 15. a. 3. ad pri-*
imum, & ad 3. & quæst. 19. ar. 3. in c. & Damasc. lib. 2. de

M m 4 fide,

fide, cap. 22. dicens, quod ille negaret vnionem hypostaticam, qui diceret Christum hac scientia caruisse; at ea caruisset sic eam à principio nõ habuisset; ergo. Et probatur ratione: Quia scientia hæc, vt ante diximus, fuit in Christo principiu meriti; at Christus meruit à principio suæ conceptionis; vt euidenter colligitur ex verbis Apostoli ad Heb. 10. dicentis: Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiam, & oblationem noluiisti, corpus autem aptasti mihi, & infra: tunc dixi; ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam: aufert primum, vt sequens statuat, in qua voluntate sanctificati sumus. In quibus verbis, quamuis sermo sit de voluntate Dei, qua dicimur sanctificati, quia sua voluntate dedit nobis Deus Christum nos sanctificantem; in eisdem tamen significatur voluntas Christi, quæ per actum obedientiæ nobis meruit sanctitatem, cum dicitur: tunc dixi: ecce venio, vt faciam voluntatem tuam, indicant enim actum in primo instanti Incarnationis elicatum, in quo vere dixit Dei filius, ecce venio, tunc enim solum vere ac proprie venire dictus fuit, quando nostram assumpsit humanitatem; vt patet ex iis, quæ de visibili missione filij dixit S. D. 1. p. q. 43. a. 1. vbi ait filium dici missum à patre, quatenus incepit in mundo esse per carnem assumptam; igitur vere ac proprie dicitur venire, cum primo carnem assumit. Nam venire missione exercitiæ correspondet, vt eius effectus inseparabilis; sicut motioni serræ ad secundum correspondet actio serræ instrumentalis; quæ factio est, vt proprius & inseparabilis talis motionis effectus.

Quarto dico scientiam hanc infusam proprie loquendo esse sapientiam & esse speculatiuam simul & practicum: Prior huius dicti pars facile probari & explicari potest ex doctrina D. Thom. 1. p. q. 1. a. 6. & ex iis, quæ ibi notauimus de habitu sapientiæ; posterior vero pars ex eisdem principiis deduci potest; ex quibus in allegata q. art. 4. probat S. D. & ibidem expositores nostram Theologiam esse simul practicum & speculatiuam; ita vt fieri possit argumentum à minori ad maius, eo quod hæc scientia sit longe perfectior, & maiorem habens similitudinem cum diuina scientia, à qua tam hæc quàm nostra Theologia est exemplata.

Secunda pars Controuersia. Scientiam hanc à donis, & virtutibus intellectualibus infusis anime Christi: Cui quæsito respondeo scientiam hæc à prædictis omnibus esse distinctam, & illam in vna & simplici sua ratione excellenter includere. Et primo quod distinguatur à donis, sic probatur: Hæc scientia est vnus simplex habitus, vt patet infra q. 11. dona vero sunt multa; ergo. Secundo: Hæc scientia per se primo datur ad elicendam supernaturalem cognitionem; dona vero per se primo nobis à Deo dantur, vt per ea mens nostra sit facile mobilis à Spiritu sancto: ergo. Tertio: Dona sunt imperfectiora fide; vt ait S. D. 1. 2. q. 68. art. 3. ergo sunt imperfectiora hæc scientia; igitur ab ea distinguitur; Prima consequentia patet; quia scientia hæc perfectior est fide; vt patet ex tota quest. 11. Secunda consequentia est euidentis. Secundo, quod distinguatur à prudentia infusa probatur: Quoniam hæc est practica tantum; scientia vero anime Christi infusa speculatiua simul est & practica: Secundo: prudentia infusa multiplex est; quædam enim est regalis siue monarchica, quædam politica, quædam æconomica, & quædam monastica, &c. vt patet ex D. Thom. 2. 2. q. 51. hæc autem scientia vna tantum & simplex est; Tertio: actus prudentiæ proprius est præcipere; huius vero scientiæ actus est scire, ordinare & iudicare. Demum quod hæc scientia contineat excellenter donorum & prudentiæ infusæ perfectiones,

Secunda pars Controuersia. Scientiam hanc à donis, & virtutibus intellectualibus infusis anime Christi: Cui quæsito respondeo scientiam hæc à prædictis omnibus esse distinctam, & illam in vna & simplici sua ratione excellenter includere.

A affirmat S. Thom. infra quest. 11. art. 1. in argumento, sed contra, & in c. & in resp. ad 3. argumentum; quod etiam expressius asserit Caietanus, quest. 19. art. 3. vbi tamen aduertendum est S. Thom. non asserere scientiam hanc idem esse cum donis, sed tantum earum perfectiones præhabere. & per hanc ea omnia cognosci, quæ per quodcumque donum aut virtutem intellectualem cognosci possunt.

Supersunt iam duæ postremæ partes controuersie simul ob earum connexionem expediendæ; Nam si confiterit scientiam hanc esse per se infusam, consequens euidenter ac necessario erit eam à Theologia nostra distingui, quæ cum ex genere suo sit acquisita, non potest esse infusa per se; quamquam ex diuina largitate quibusdam possit esse infusa per accidens. Scientiam igitur hanc anime Christi infusam esse probatur primo ex dictis in parte præcedenti. Nam si præhabet hæc scientia donorum & prudentiæ infusæ perfectiones impossibile est eam esse ex suo genere acquisitam; quod enim per se infusum est, altioris ordinis est eo quod per se acquisitum est; constat autem dona Spiritus S. & prudentiam supernaturalem esse per se infusa; igitur includi nequaquam possent secundum suas perfectiones in hac scientia, si non esset per se sed per accidens tantum infusa. Secundo: Hæc scientia non pendet ex fidei principiis, sed eorum obscura cognitione longe perfectior est; ergo non minus, sed multo magis est infusa per se, quam fides. Tertio: Per hanc scientiam cognoscuntur immediate omnia mysteria fidei; vt patet infra quest. 11. art. 1. hæc autem, cum supernaturalia sint, vendicant sibi vt sola diuina reuelatione & lumine supernaturali diuinitus infuso cognosci possint, vt ait S. D. in 1. 2. quest. 109. art. 1. Ex quibus sequitur euidenter scientiam hæc realiter esse diuersam à scientia nostre Theologiæ; & probatur etiam primo: quia scientia hæc in Christo fuit principium meriti; vt ait S. D. infra q. 19. art. 3. nostra autem Theologia non est principium meriti, sed fides; vt ait S. August. in tract. 68. in Ioan. & Chrysost. in homil. de fide, spe, & charitate post expositionem 1. ad Corinth. Secundo probatur: quoniam obiectum huius scientiæ longe vniuersalius est obiectum nostre Theologiæ, & ratio eius formalis est altior ratione formali nostre Theologiæ; vt patet ex quest. 11. art. 1. ergo: Videntur tunc, quæ de scientia infusa per se scribunt Cai. artic. sequenti, §. Ad horum euidentiam, & circa respons. ad 2. & 3. Med. super hoc art. Valq. disp. 52. & Aluar. disp. 53. conclus. 1.

PRIMA CONCLVS. In anima Christi præter visionem beatam est alia cognitio supernaturalis: Hæc est fidei veritas, & patet ex dictis in 1. p. contr.

SECUNDA CONCL. Scientia indita vel infusa anime Christi distinguitur realiter non solum à visione beata, sed etiam à prudentia infusa, & à donis Spiritus S. que sunt in eadem anima Christi: Hæc patet ex dictis in 1. & 2. p. controu.

TERTIA CONCLVS. Prædictam scientiam habuit Christus vt homo ab initio suæ conceptionis; Hæc patet ex dictis in eadem parte.

QUARTA CONCL. Hæc scientia Christi est vere & proprie sapientiæ, & est speculatiua simul & practica: Hæc patet ex eadem parte.

QVINTA CONCL. Hæc scientia contineat excellenter perfectiones donorum & prudentiæ infusæ: Hæc patet ex dictis in 2. parte Controu.

SEXTA CONCL. Hæc scientia est infusa per se, & distinguitur realiter à nostra Theologia. Hæc patet ex dictis circa duas vltimas Controu. partes.

CONTRA primam conclusionem militant argumenta, quæ producit Medina contra conclusionem

Tertia, & quarta pars Controuersia. Scientiam hanc esse per se infusam, & à nostra Theologia distingui.

Conclusiones deducuntur, & probantur.

Argumenta, & solutiones.

sionem D. Thom. quibus optime satisfacit.

Obi. 1. cont.
2. concl.

CONTRA secundam conclus. sunt haec argumen-
ta. Primum est: S. D. infra quest. 11. art. 1. in argumen-
to ad oppositum probat Christum per hanc scientiam
vniuersa cognoscere, quia cognoscit omnia per
dona Spiritus sancti eius animae data; & in eodem
art. ad 3. ait Christum per hanc scientiam omnia
singularia cognouisse; quia plenitudinem habuit
prudentiae secundum donum consilij, cui neces-
saria est cognitio singularium praesentium, futu-
rorum & praeteritorum; & art. 6. in argumento ad op-
positum probat scientiam hanc infusam distingui
per diuersos habitus; quia Zachariae 3. dicitur: *Su-
per lapidem vnum oculi septem*; per oculum autem (in-
quit S. Thom.) scientia intelligitur; ex quo deducit
in Christo fuisse plures habitus scientiae. Haec
autem consequentiae essent inefficaces, si scientia
haec distingueretur a donis: *Confirmatur primo*: quia
posita huius scientiae identitate cum donis, re-
manet efficax ratio S. D. in rebus, vt patet applican-
ti. *Secundo confirmatur*: quia posita hac identitate
saluantur conditiones omnes, quas huic scientiae
tribuit S. D. infra quest. 11. vt quod per eam cogno-
scat conuertendo se ad phantasmata, quod fuerit
collatiua, quod fuerit maior scientia Angeloru-
rum, quod fuerit habitualis, & quod fuerit distin-
cta per diuersos habitus. Haec namque conditio-
nes congruunt donis. *Respon.* quod quia scientia
haec donorum perfectiones praehabet excellen-
ter, ideo in primo loco S. Thom. hoc solum vult,
quod sicut per dona Spiritus sancti cognoscuntur
omnia, ita per hanc scientiam cognoscuntur
omnia reuelabilia. Non autem quod sit idem cu
donis; & eodem modo accipiendum est secundum
dictum. Ad tertium autem dico distinctionem il-
lam in plures habitus significatam per septem oc-
culos, intelligendam esse materialiter siue quo ad
species, non autem formaliter quo ad rationes for-
males scilicet, in quantum scibile, vt ibi dicemus.

Conf. 1.

Conf. 2.

Solut.

Ad 1. conf.

Ad 2. conf.

Obi. 2.

Solut.

Obi. 3.

Solut.

Ad primam confirmationem negatur antecedens; quia
anima Christi receptis speciebus, quae donis de-
seruunt, adhuc remaneret in potentia ad spec-
ies indita scientiae deseruientes. *Ad secundam con-
firmationem* negatur antecedens; primo: quia per
dona Spiritus sancti non cognoscuntur omnia om-
ni modo, quo cognoscibilia sunt; Secundo, quia
dona Spiritus sancti non dantur per se primo ad
elicendam cognitionem, sed vt anima sit bene
mobilis a Spiritu sancto: haec autem scientia per se
primo datur ad elicendam assensum clarum, &
evidentem circa omnia quocumque modo a Deo
reuelabilia.

Secundum argumentum est: Haec scientia nulli fuit
vquam pura creaturae collata simul cum donis,
cum tamen ei non repugnet; ergo neque debuit
conferri Christo. *Respon.* nullam esse conseq. quo-
ntiam haec scientia soli Christo congruit, quate-
nus est caput Ecclesiae & Dominus omnium.

Tertium est: Si ponitur haec scientia, sequitur non
esse tantum tres sed quatuor virtutes Theologia-
les; quod est absurdum: probatur consequentia.
Nam haec scientia respicit Deum secundum se vt
obiectum, & habet actum fide perfectiorem; ergo
erit virtus Theologica. *Respon.* nullam esse con-
seq. Nam vt ait Cai. 2. 2. q. 17. art. 5. de ratione vir-
tutis Theologicae est, vt attingat Deum immedi-
ate; haec autem non attingit nisi mediante discursu.
Secundo responderetur concedendum esse scientiam
hanc esse virtutem Theologicam; quia conditio-
nes omnes habet Theologicae virtuti neces-
sarias. Nam Cai. in 1. 2. q. 62. art. 2. & 2. 2. loco notato
tres ait exigi conditiones vt aliqua virtus sit Theo-
logica. Prima est, vt sit infusa; Secunda, vt versetur

A circa Deum immediate; Tertia, vt habeat actum
optimum & perfectum: has autem omnes condi-
tiones habet haec scientia; est enim per se infusa,
& habet actum perfectum & optimum scilicet
clarum & euidentem; Nec obstat, quod tres tan-
tum ponantur virtutes Theologicae iuxta illud
Apost. 1. Cor. 13. *Nunc autem manent fides, spes, chari-
tas, tria haec*: quia de virtutibus puro viatori conue-
nientibus sermo est, vt ait Cai. in allegato art. 5. & in
2. 2. scientia autem haec Christo comprehensiori
simul & viatori data est

CONTRA tertiam conclus. militant argumenta,
quae S. D. proponit & soluit infra q. 34. art. 2. vbi
quaerit, an Christus in primo instanti suae conce-
ptionis habuerit vsum liberi arbitrii.

B CONTRA sextam conclus. praeter argumen-
ta, quae S. D. proponit & soluit infra q. 34. art. 2. vbi
quaerit, an Christus in primo instanti suae conce-
ptionis habuerit vsum liberi arbitrii.
CONTRA sextam conclus. praeter argumen-
ta, quae S. D. proponit & soluit infra q. 34. art. 2. vbi
quaerit, an Christus in primo instanti suae conce-
ptionis habuerit vsum liberi arbitrii.
sunt etiam haec argumenta. Primum est: quia S. D.
infra q. 11. art. 5. sic argumentatur ad probandum
scientiam hanc infusam esse habitualem: *Haec scien-
tia fuit vniuersa scientia nostrae. sicut, & anima eius fuit
vniuersa species cum anima nostra: sed scientia nostra est in
genere habitus; ergo, & scientia haec fuit habitualis*: quae
ratio esset inefficax, nisi loqueretur S. D. de vni-
uocatione secundum speciem atomam; cum vni-
tas generica siue speciei subalternae non sufficiat.
Nam scientia beata eisdem est speciei subalter-
nae cum nostra Theologia, & cum hac scientia in-
dita anima Christi; quia omnes sunt supernatu-
rales; & tamen scientia beata non est habitualis,
sicut nostra Theologia sed actualis. *Respon.* D. Tho.

C ibi loqui de vniuocatione secundum genus pro-
ximum earum scientiarum, quae non attingunt
Deum immediate vt clare visum, omnes enim he
scientiae sunt habituales.
Secundum est: Scientia Christi est eiusdem spe-
ciei cum Theologia, quam habent Angeli & bea-
ti extra Verbum; ergo est eiusdem speciei cu
nostra Theologia; ergo Probatur antec. quia S. D.
hic ait: *sicut in Angeli ponitur duplex cognitio, vna scilicet
matutina, per quam cognoscunt res in Verbo, &
alia vespertina, per quam cognoscunt res propria natura
per species sibi inditas, ut praeter scientiam diuinam increa-
tam est in Christo secundum eius animam scientia beata,
qua cognoscit Verbum, & res in Verbo, & scientia infusa,
siue indita, per quam cognoscit res in propria natura per
species intelligibiles humane menti proportionatas*; Se-
cundo probatur antecedens: quia non facile po-
tест assignari distinctio rationum formalium ha-
rum scientiarum; Et confirmatur: quia Theologia

D quam habemus in via, & ea quam habent beati
extra Verbum, est eadem specie & numero, vt
multi opinantur in 1. p. q. 1. art. 2. *Respon.* falsum esse
antecedens: Ad primam eius probationem dico
D. Thom. significare non vnitatem speciei, sed si-
militudinem proportionalem. Nam sicut Ange-
lis data est cognitio supernaturalis extra Verbum,
quia sic congruit eorum dignitati, ita conferri de-
buit animae Christi scientia supernaturalis extra
Verbum eius dignitati proportionata; atque id-
eo praehabens perfectionem cuiuslibet notitiae
reuelatae extra Verbum, etiam Angelis factae, &
consequenter ab ea distingui. Ad secundam pro-
bationem negatur antecedens: Nam, vt ante di-
ximus, ratio formalis diuinae reuelationis in hac
scientia ad multo plura extenditur, quam reuel-
atio nostrae Theologiae. *Ad confirmationem respon-
detur*, primo falsam esse illam opinionem, vt o-
stendimus in 1. part. loco notato; Secundo nego
consequentiam; quia scientia haec ad multa exten-
ditur, quae non attinguntur a nostra Theologia,
nec ab Angelica scientia; Haec namq; non exten-
duntur ad futura contingentia, nec ad cogitationes

E cordium

Obi. 1. cont.
6. concl.

Solut.

Obi. 2.

Conf.

Solut.

Ad conf.

cordium, nec claudunt in se perfectiones dono- rum Spiritus sancti.

Obj. 3. Tertium est: Eadem sunt principia formalia scientiæ Christi, & nostri Theologiæ; ergo sunt eiusdem speciei atomæ: Conseq. probatur ex Aristot. in lib. poster. dicente scientias distingui penes principia; quia ubi sunt distincta principia formalia, sunt etiam distincta obiecta formalia, per quæ scientiæ distinguuntur: Antecedens autem probatur: quia principium per se vtriusq; scientiæ est visio beata; cum per eam manifestentur propriæ conclus. harum scientiarum secundum proprias suas rationes; ergo. Respon. falsum esse antecedens: Nam principia nostri Theologiæ sunt illa tantum veritates in Verbo visæ, quæ ad vniuersalem statum Ecclesiæ; at principia scientiæ inditæ animæ Christi sunt veritates omnes ad ordinem gratiæ, gloriæ & vniõnis hypostaticæ pertinentes; præterea diuersum est lumen diuinæ reuelationis sub quo veritates ab hac & ab illa. s. nostra Theologia, cognoscuntur.

Solut.

Obj. 4.

Vltimum est: Illa scientia est per se acquisibilis & ordinis naturalis, ad cuius species intellectus ita est in potentia, vt si careat illa, sit imperfectus: at talis est hæc scientia; ergo. Minor est S. D. in textu. Maior vero probatur: quia intellectus non manet imperfectus, si non habeat perfectiones, ad quas solum est in potentia obedientiali, vt ait S. D. de Ver. q. 8. art. 4. ad 13. ergo si intellectus Christi carens hac scientiâ & eius speciebus, manet imperfectus, est in potentia naturali ad illas; ac proinde talis scientia est omnino naturalis; probatur hæc consequentia: quia ad formam supernaturalem non est potentia naturalis. Et confirmatur: quia S. D. hic in fine corporis ait Christum per scientiam infusam cognouisse res in propria natura per species intelligibiles humanæ menti proportionatas; ergo hæc scientia est ordinis naturalis. Probatur consequentia; nam omnis forma supernaturalis est ordinis superioris, & excedit naturam nostram, & non est illi proportionata. Respon. falsam esse maiorem, si sermo sit de intellectu, cui debita sunt species supernaturales, qualis est intellectus animæ Christi, cui ratione vniõnis hypostaticæ debita est hæc scientia supernaturalis, vt ait S. D. infra q. 14. art. 4. ad 2. Ad confirmationem responderetur D. Thomam loqui de proportionem quo ad vniuersalitatem specierum. Hanc enim species infusæ & supernaturales seruant cum intellectu, cui infunduntur, quamuis naturalem eius facultatem excedant, quatenus sunt ordinis superioris figuratiæ.

Conf.

Solut.

ad Conf.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam acquisitam.

Inf. q. 12 a. 12. Et q. 15. a. 8. Et opus. 3. c. 12. Et 3. dist. 14. a. 3. q. 5. 3. Et dist. 8. art. 3. 5. Et veri. q. 20. a. 3. 1. didicerit: Ergo videtur, quod in Christo non fuerit aliqua scientia acquisita.

Art. prac. Præterea: Et quod est plenum, non potest aliquid superaddi. Sed potentia anima Christi fuit impleta per species intelligibiles diuinitus inditas, vt dictum est. Ergo non potuerunt superuenire eius animæ aliquæ species acquisitæ.

Præterea: In eo, qui iam habet habitum scientiæ, per

ea, quæ à sensu accipit, non acquiritur nouus habitus (qui sic duæ formæ eiusdem speciei simul essent in eodem) sed habitus, qui prius inerat, confirmatur, & augetur. Ergo cum Christus habuerit habitum scientiæ inditæ, non videtur, quod per ea, quæ à sensu percipit, aliquam aliam scientiam acquisierit.

Sed contra est, quod Hebr. 5. dicitur: Cum esset Filius Dei, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam. Glossa, id gl. interl. est, expertus est. Fuit ergo in Christo aliqua experimentalis scientia, quæ est scientia acquisita.

Respondeo dicendum, quod, vt ex supra dictis patet, nihil eorum, quæ Deus in nostra natura plantauit, desunt hu- mane nature assumptæ à Dei verbo: Manifestum est autem, quod in humana natura Deus plantauit non solum intellectum possibilem: sed etiam intellectum agentem. Vnde necesse est dicere, quod in anima Christi fuit non solum intellectus possibilis, sed etiam intellectus agens. Si autem in aliis Deus, & natura nihil frustra faciunt (vt Philosoph. dicit in primo de Cæl.) multo minus in anima Christi aliquid fuit frustra. Frustra autem est, quod non habet propriam operationem, cum omnis res sit propter suam operationem: vt dicitur in secundo de Cæl. Propria autem operatio intellectus agentis, est facere species intelligibiles actu, abstracto eas à phantasmatis. Vnde dicitur in 3. de Anima, quod intellectus agens est, quo est omnia facere. Sic igitur necesse est dicere, quod in Christo fuerint aliquæ species intelligibiles, per actionem intellectus agentis in intellectu possibili eius receptæ: quod est esse in ipso scientiam acquisitam, quam quidam experimentalem nominant.

Et ideo, quamuis aliter alibi scripserim, dicendum est, in Christo fuisse scientiam acquisitam: quæ proprie est scientia secundum modum humanum, non solum ex parte subiecti recipientis, sed etiam ex parte causæ agentis. Nam talis scientia ponitur in Christo secundum lumen intellectus agentis: quod est anima humane conaturale. Scientia autem infusa attribuitur animæ humane secundum lumen desuper infusum: qui modus cognoscendi est proportionatus naturæ angelicæ. Scientia vero beata, per quam ipsa Dei essentia videtur, est propria, & conaturale soli Deo, vt in prima parte dictum est.

Ad primum ergo dicendum, quod, cum duplex sit modus acquirendi scientiam, scilicet inueniendo, & addiscendo, modus, qui est per inuentionem, est præcipuus: modus autem, qui est per disciplinam, est secundarius. Vnde dicitur in primo Ethicorum. Ille quidem est optimus, qui omnia per seipsum intelligit: bonus autem rursus est ille, qui benedicens obedit. Et ideo Christo magis competebat habere scientiam acquisitam per inuentionem, quam per disciplinam, præsertim cum ipse daretur à Deo omnibus in doctorem: secundum illud Joel. 2. Lat. amim in Domino Deo vestro, qui dedit vobis Doctorem iustitiæ.

Ad secundum dicendum, quod humana mens duplicem habet respectum. Vnum quidem ad superiora: & secundum hunc respectum anima Christi fuit plena per scientiam inditam. Alter autem respectus eius est ad inferiora, id est, ad phantasmata, quæ sunt nata mouere mentem humanam per virtutem intellectus agentis. Oportuit autem, quod etiam secundum hunc respectum anima Christi scientia impleteretur: non quin prima plenitudo menti humana sufficeret secundum seipsam: sed oportebat eam perfici etiam secundum conformationem ad phantasmata.

Ad tertium dicendum, quod alia ratio est de habitu acquisito, & de habitu infuso. Nam habitus scientiæ acquiritur per comparationem humanæ menti ad phantasmata: vnde secundum eandem rationem non potest alius habitus iterato acquiri. Sed habitus scientiæ infusa est à terrius rationis: virotæ à superiori descendens in animam, non secundum proportionem phantasmatum. Et ideo non est eadem ratio de vtroque habitu.

Sensus

Sensus quæsti.

TITVLVM huius articuli declarant optime Caietanus, & Suarez.

Forma Textus.

CONCLVS. *Necesse est dicere in Christo fuisse scientiam acquisitam, quam quidam experimentalem nominant.* Probatur dupliciter primo: Quia necesse est dicere in Christo fuisse aliquas species intelligibiles per actionem intellectus agentis in intellectu possibili receptas; ergo necesse est in ipso esse scientiam acquisitam. Consequentia est euidens; Antecedens vnum supponit, & alterum dicit, & vtrunque probatur in textu. Quod supponitur est, in Christo esse lumen intellectus agentis; quod probatur: Quia nihil eorum, quæ Deus in natura nostra plantauit, defuit humanæ naturæ assumptæ à Dei Verbo; sed Deus in humana natura plantauit non solum intellectum possibilem, sed etiam intellectum agentem; ergo necesse est dicere, quod in anima Christi fuit non solum intellectus possibilis, sed etiam intellectus agens: Quod autem affirmatur est, quod lumen intellectus agentis in anima Christi abstrahit species à phantasmatis; quod probatur: Quia propria operatio intellectus agentis est facere species intelligibiles actu abstrahendo eas à phantasmatis; ergo etiam in Christo hanc habuit operationem. Antecedens probatur autoritate Arist. in 3. de anima dicentis, quod intellectus agens est, quo est omnia facere. Consequentia vero probatur: quia alioquin intellectus agens in Christo fuisset frustra; at non fuit frustra; ergo probatur sequela; quia frustra est id, quod non habet propriam operationem; ergo. Probatur hoc assumptum: quia vnum quodque est propter suam operationem, vt dicitur in 2. Cali, tex. 17. subsumpta vero propositio, videlicet intellectum agentem in Christo non fuisse frustra. Probatur: quia Deus & natura nihil in aliis rebus agunt frustra, vt dicitur in primo Cali, tex. 32. ergo multo minus in anima Christi aliquid fuit frustra.

Secundo probatur conclusio: Quoniam anima Christi attribuitur scientia secundum lumen defuper infusum; qui modus cognoscendi est proportionatus naturæ Angelicæ, & scientia beata, per quam ipsa Dei essentia videtur, quæ est propria & connaturalis soli Deo; ergo etiam dicendum est in ea fuisse scientiam acquisitam, quæ proprie est scientia secundum modum humanum, non solum ex parte subiecti recipientis, sed etiam ex parte causæ agentis. Explicatur hæc pars; quia talis scientia ponitur in Christo secundum lumen intellectus agentis, quod est animæ humanæ connaturale.

Expositio Textus.

VIDENDA sunt quæ circa propositiones, & discursum præsentis articuli scribit erudite Cai. cuius doctrinam sequuntur Medina, Valentia & Aluarez.

Controuersia Vnica.

De veritate Conclusionis. An scilicet Christus habuerit scientiam aliquam acquisitam?

SANCT. THOM. in 3. dist. 14. q. vnica, art. 3. q. 5. in corp. & ad 3. & ad Anibaldum eandem dist. art. 4. docet per sensum cognitionem additam fuisse animæ Christi certitudinem experimentalem, & quo ad hoc creuisse scientiam Christi; quatenus. s. quotidie aliqua videbat sensibiliter, quæ prius non viderat; non tamé creuisse quo ad essentiam; & per lumen intellectus agentis, in Christo non fuisse

A speciem aliquam de nouo receptam in intellectu eius possibili; sed factam fuisse nouam cōuersionem ad species, quæ erant in phantasia; sicut fit in eo, qui habet habitum scientiæ eorum, quæ imaginatur vel videt. Eandem sententiam sequitur Scotus, Palud. Duran. & Gabriel eadem dist. & tribuunt quidam recentiores hanc opinionem A. lenfi 3. p. summa, q. 13.

S. Bonau. eadem dist. art. 3. q. 2. in corp. & ad 2. ait scientiam hanc fuisse Christo ab initio cōceptionis infusam quo ad lumen, non tamen ita, vt tunc ea potuerit vti, sed solum quando successu temporis acquisiuisset phantasmata, ad quæ posset conuerti.

Suarez disput. 30. sect. 2. duo dicit. Primum est; Christi animam à principio conceptionis suæ habuisse perfectos omnes habitus scientiarum, & virtutum intellectualium cum speciebus ad eorum vsum necessariis. Secundum est: animam Christi non habuisse à principio suæ creationis eam humanam cognitionem, quæ in experientia rerum consistit; ita vt anima Christi in intellectu non solum acquisierit medijs sensibus notitiam aliquam experimentalem, sed etiam species intelligibiles ad illam necessarias, quas à principio non habuit; quæ species intelligibiles repræsentent, quatenus sub sensum ceciderunt, seu vt sunt principium cognoscendi ipsas res sensu perceptas; atque adeo potuisse acquirere species aliquorum singularium, quas non habebat infusas, & ita eorum experimentum comparare, & idem etiam affirmat de scientia Adæ.

Denique S. Thom. hic relicta priori sententia, quam primo loco retulimus docet Christum propriis actibus acquisiuisse scientiam omnem naturalem acquisibilem virtute intellectus agentis; quam sententiam sequuntur Capr. in 3. dist. 14. ad argumenta contra secundam conclusionem Cai. Med. & Val. super hoc art. Valq. dist. 55. & Aluar. dist. 53. qui tamen in responsione ad primum suum argumentum negat D. Th. retractasse sententiam, quam tenuit in 3. sent. eo quod ibi a. 3. ad 1. & 4. argumentum asserat in Christo esse scientiam acquisitam seu experimentalem.

SUPPOSITA multiplici differentia, quæ est inter scientiam infusam & acquisitam & inter infusam per se & infusam per accidens, quam explicat Cai. hic §. ad horum euidentiam, & circa responsionem ad secundum, & tertium argum. D. Th. & Medina sumuntur per hoc art.

Notandum est primo scientiam seu cognitionem experimentalem dupliciter sumi posse: Vno modo pro ipso sensuum experimento, etiam si nulla ex eo cognitio noua in intellectu generetur, sed præexistens tantum exerceatur; vel dicas hoc primo modo sumi scientiam experimentalem pro scientia per infusionem habita, quatenus ministerio sensuum particularium rebus sensibilibus actu existentibus & præsentibus applicatur, & ea sensibilibus cognoscendo & experiendo exerceatur: puta videndo, audiendo, tangendo, &c. ea secundum esse sensibile & singulare, quorum naturas & proprietates per species infusas à Deo cognouerat; quo modo Ihdorus lib. 1. de summo bono cap. 12. dixit demones multa per experientiam longi temporis cognouisse. Et in eodem sensu intelligi posset illud Apostol. Hebr. 5. *Didicit ex his, quæ passus est, obedientiam.* Alio modo sumi potest cognitio experimentalis pro notitia intellectuali per actus sensuum ex rebus singularibus acquisita virtute luminis intellectus agentis. Et in primo quidem sensu nullus vnquam Catholicorum negauit aut negare potest in Christo fuisse

Resolutio. Distinguitur duplex modus sciendi, scilicet mentalis, & explicatur fundamentum rationis D. Thomæ pro conclusione.

E in primo quidem sensu nullus vnquam Catholicorum negauit aut negare potest in Christo fuisse scientiam

scientiam experimentalem; hæc enim in sacris Euangeliis habet innumera & euidentia testimonia dicentia Christum vidisse, audiuisse, comedisse, esurisse & multa passum fuisse. Secundus vero sensus duplex est; primo namque nomine scientiæ seu cognitionis experimentalis in intellectu Christi Domini per sensus acquisitæ intelligi potest cognitio scientifica de rerum corporearum naturis à phantasmatis, nõ quibuscunque, sed ex speciebus & actibus exteriorum deriuatis accepta. Secundo potest intelligi sola cognitio singularium intellectiua, quæ fit per species sola singularia representates, & à speciebus sensuum deriuatas; in quo sensu videtur Suar. tribuere Christo scientiam experimentalem.

Secundo sciendum est; frustra esse, id quod non habet propriam operationem, vt ait S. D. in textu, ex quo deducit quod si Christus non habuisset scientiam acquisitam, intellectus agens in eo fuisset frustra. Cuius principij sensum tam absolute, quam vt applicatur instituto præsentis articuli, declarat accurate Caiet. Comprehenditur autem eius declaratio quinque dictis. *Primum est*. Principium illud: *frustra est*, &c. non est arctandum ad genus, speciem aut indiuiduum quodlibet vel aliquod, sed absolute sumendum est; ita vt omnino vera sit de supposito siue subsistente, cui conuenit operatio, siue illud sumatur generice, siue specificè, siue indiuidualiter in vno vel aliquibus, aut in omnibus indiuiduis. *Secundum dictum est*: Idem principium intelligendū est subintellectis conditionibus generalibus, quæ cum de operibus est sermo, subintelliguntur; nimirum quædo, vbi & in quo, &c. debet operari; ita vt sit sensus, id esse frustra quod propria caret operatione quando debet illam habere. *Tertium dictum est*: non solū id esse frustra, quod omni propria caret operatione naturali, sed id quod caret operatione sua principali, quia vnius potentia non est nisi vna operatio propria principalis, quæ se habet ad ipsam vt finis, cuius priuatione dicitur frustra. Potentia siquidem naturalis determinata est ad vnum; rationalis autem alterum contrarium respicit principali et vniuersaliter, cum omnis potentia natura quædam sit, necesse est vt vnam habeat operationem principalem, quæ sit aliarum operationum omnium fundamentum; & de operatione hac principali (inquit Caiet.) loquitur S. D. in textu. *Quartum est*; duas esse intellectus agentis operationes, alteram principalem, quæ est facere species intelligibiles; & alteram secundariam, quæ est facere euidentiam primarum propositionum immediate, & mediante illa facere aliarum propositionum & conclusionum ex eis deductarum euidentiam, quæ omnes propositiones & conclusiones ad scientiam pertinent acquisitam; siquidem (inquit Caiet.) in Christo non esset scientia naturalis propriis actibus acquisita, nec infusa per accidens, sed esset tantum in eo scientia illa, quæ dicitur infusa per se, vt quidam existimant, frustra esset intellectus agens in Christo; quia careret omni sua naturali & propria operatione tã primaria quam secundaria. Cum enim scientia illa infusa per se sit excellentior lumine intellectus agentis, si intellectus agens Christi non haberet officium species à phantasmatis abstrahendi, quod est principale, careret etiam secundario, quod est facere propositionum euidentiam; hinc enim muneri infusi per se luminis excellentia sufficeret; quod quidem (inquit Cai.) intelligendum est, quantum sit ex parte intellectus agentis; nam pro libera Christi voluntate potuisset intellectus agens illustrare phantasmata scientiæ in-

fusæ deseruientia, quando voluisset Christus vt scientia illa conuertendo se ad phantasmata, & eadem ratione potuisset intellectus agens ex libertate animæ Christi cooperari ad intellectum multorum intelligibilem. *Vltimum est*: Si supponamus in Christo scientiam ex suo genere acquisitam, sed per accidens infusam, quemadmodum fuit in Adam, tunc intellectum agentem non fore destitutum omni sua propria operatione, sed principali tantum; quoniam eodem lumine per se nota fuerunt prima principia, & propositiones seu conclusiones ex eo deductæ.

Sed duo sunt in quarto dicto, quæ non ab omnibus admittuntur. *Primum est* operatio illa secundaria intellectus agentis; hanc enim negat Valq. hic c. 2. *versus finem*, & 1. *disp. 45. cap. 18.* & Suarez *disp. 30. sect. 2.* Verum hæc est doctrina S. Tho. in 1. p. q. 84. a. 6. & in 3. *cont. gent. c. 45. in fine*; & ideo valeant verba Valq. & Suarez. *Secundum est*: actionem abstrahendi species à phantasmatis esse principalem; alteram autem qua propositionum facit euidentiam, esse secundariam; Quod videtur omnino falsum. Nam, vt ait S. D. *locus allegatus*, intellectus agens fortificat intellectum possibilem in eius operationibus assistens illi, vt educat in actum ea, quæ virtualiter continentur in primis principis; at hoc non ordinatur ad abstractionem specierum à phantasmatis, sed è contra, eum actus intelligendi sit perfectior specie intelligibili, & eam præsupponat; ergo elicere species non est operatio principalis, & finis intellectus agentis finis est abstractionis & specierum. Quare videtur dicendum Cai. nomine principalis operationis proximam aut primam ordine temporis vel naturæ significare voluisse: Secundo dici potest abstractionem specierum à phantasmatis esse principalem, id est propriam operationem intellectus agentis, vt intellectus agens est; hæc enim illi soli conuenit; facere autem euidentiam propositionum & conclusionum non est solius intellectus agentis, sed conuenit etiam lumini scientiæ per se infusæ; nam, vt ait S. D. *infra q. 11. art. 3.* scientia animæ Christi infusa fuit discursiua quantum ad vltim, licet non quantum ad acquisitionem scientiæ. Cum igitur abstractio specierum à phantasmatis propria sit luminis intellectus agentis, vt tale est, facere autem euidentiam principiorum & conclusionum alteri etiam lumini superiori conueniat, dici merito potest operationem illam esse principalem, hanc autem esse secundariam.

Tertio obseruanda est differentia inter Christum & Adam quo ad originem, seu causam scientiæ ex genere suo acquisitæ, & quo ad modum habendi eam; quam optime explicat Cai. in vltimo dubio ad præsentem art. 5. oritur autem.

*Sed difficultas est, an scientiam hanc sibi Christus acquisierit aliquo tractu temporis, puta per decem annos, aut plures, vel absque temporis mora eam in se ipso acquisierit virtute sui intellectus agentis, & possibile in primo sua conceptionis instanti? Nullam enim fuisse temporis moram in huius scientiæ acquisitione docent quidam viri doctissimi dicentes id quatuor modis effici potuisse. Primus modus est, vt intellectus Christi ob summam perfectionem ex aliquibus sensibilibus, quæ experiebatur in primo sua conceptionis instanti, deueniret in cognitionem cæterorum, vt videtur asserere S. Tho. *infra q. 12. art. 1. ad 1. & 2.* vbi ait Christum, licet non omnia fuerit expertus, potuisse tamen procedere ad intelligendum effectus per causas, & causas per effectus, & contraria per contraria, & videndo corpora cælestia potuisse comprehendere eorum virtutem.*

virtutes & effectus, quos habent in istis inferioribus, qui eius sensibus non subiacebant; & addit Cai. vno effectu præsertim perfecto comprehenso, puta homine, facile esse omnia comprehendere ab excellentissimo ingenio, quale fuit ingenium animæ Christi. Quomodo autem Christus existens in utero Virginis videre potuerit cælestem corpus, & se ipsum hominem, declarant dicentes, quod sicut illi adhuc mortali communicatus fuit actus claritatis in transfiguratione, & agilitatis quando ambulavit super aquas, & subtilitatis quando illæsa virginitate matris exiit in lucem, sic illi fuit in principio suæ Incarnationis immixta perfectissima quædam visio, qua pro tunc videbat cælum & se ipsum; ex quibus omnia naturalia cognovit, & licet (inquiunt) hoc absolute consideratum fuisset miraculum, tamen fuit congruens Christi dignitati, & condecens ad maiorem eius perfectiorem, & connaturale ordini hypostatice; ut hoc modo rerum omnium naturalium propriis actibus scientiam acquireret.

Secundus modus est, quæ Caietanus ibidem proponit ut probabilem, dicens sicut esurienti Christo Angeli cibum corporeum ministrarunt, multo magis esse rationabile ut indigenti Christo spiritali cibo scientiæ acquiratæ ministraverint Angeli singularia oportuna; ex quibus ipse suo ingenio adinvenit scientiam, & S. Thom. de Ver. q. 12. artic. 3. docet multoties fieri prophetiam ministerio Angelorum, nempe quatenus Angeli immutant imaginationem prophetarum ad formanda phantasmata multarum rerum; similiter ergo potuerunt Christi imaginationem immutare in primo conceptionis eius instanti ad formanda phantasmata, à quibus sufficienter elicerentur species omnium intelligibilium pertinentium ad scientiam Christi naturalem; & licet (inquiunt) non potuerint Angeli vitales actus in anima Christi producere, eorum tamen terminos, scilicet phantasmata potuerunt in ea causare, aut saltem Christi imaginatiuam disponere materialiter, ut diuersa posset formare phantasmata; quod facere potest Angelus immutando organa phantasiæ ad tales dispositiones; ut in simili docet S. D. 1. p. qu. 11. artic. 2. & de Ver. q. 12. artic. 2. ad 4. secundum hunc tamen dicendi modum (inquiunt) non potuisset hoc fieri in primo conceptionis instanti, sed statim à principio illius.

Tertius modus est, ut Christus à principio suæ conceptionis ex phantasmatibus obiectorum naturalium, quæ tunc expertus est, virtute specierum scientiæ infusa elicerit alias species naturales, quibus mediatis potuit habere cognitionem & scientiam omnium naturalium sensibilium. Quod autem Christus absque exteriori sensatione potuerit acquirere tales species Probatur: quia Christus potuit per scientiam infusam intelligere independentem à sensu exteriori, & tamen cõuertendo se ad phantasmata, ut ait S. D. infra quæst. 12. artic. 2. ergo potuit formare phantasmata sine præcedente sensatione exteriori. Quod autem in eodem instanti potuerit simul abstrahere plures species, & per eas simul plura intelligere, probatur; Quia fieri potest, ut eadem potentia habeat plures operationes simul, si vna ordinetur ad alteram, aut vtraque ad vnam; Christus autem potuit omnes istas operationes ordinare ad eundem finem; ad propriam scilicet dignitatem; decebat enim ipsum cognoscere naturalia non per scientiam naturalem illi proportionatam secundum naturam. Et sicut (inquiunt auctores prædicti) possunt infideles in instanti ad fidem conuerti, & eius mysteria credere (alioquin, si tempore indigerent, es-

Naz. in D. Thom. 3. partem.

A sent toto illo tempore extra statum salutis) non possunt autem credere, nisi forment phantasmata supernaturalium, eo quod diuina præsentis vitæ statu nequeunt à nobis intelligi, nisi per habitudinem ad corporea.

Postremus modus est, ut Christus in primo instanti suæ conceptionis elicerit tales species naturales non à phantasmatibus, sed à speciebus scientiæ infusæ immediate. Pro cuius expositione notant ex D. Thom. prim. part. quæst. 12. artic. 9. ad 2. & alibi intellectum & imaginatiuam ex speciebus præconceptis posse alias species elicere, & quamuis (inquiunt) talis specierum productio in anima non prædominante corpore fieri non possit absque conuersione intellectus ad phantasmata, in anima tamen beata id non est necessarium; quia lumen gloriæ liberat animam ab obligatione eliciendi species à phantasmatibus, & intelligendi per conuersionem ad phantasmata.

Sed contrarium huic opinioni sententiam habet expresse S. D. infra quæst. 11. artic. 2. ad 1. etius verba sunt: Tam scientia infusa animæ Christi, quam scientia beata fuit effectus agentis infinitæ virtutis, qui potest simul totum operari; & ita in neutra scientia Christus profecit, sed à principio eam perfectam habuit: sed scientia acquisita causatur ab intellectu agente qui non simul totum operatur, sed successiue; & ideo secundum hanc scientiam Christus non à principio sciuit omnia, sed paulatim, & post aliquod tempus, scilicet imperfectæ ætate; quod patet ex hoc, quod Euangelista simul dicit eum profecisse sapientia & ætate, quod etiam in substantia repetit in eadem q. artic. 3. ad 3. Pugnatur igitur opinio illa manifeste cum doctrina D. Th. cuius se discipulos profitentur illi, quos diximus esse prædictæ opinionis auctores.

Quatuor etiam illi dicendi modi, quos supra notauimus, plures in se continent fallitates. Et in primo quidem verba D. Thom. quæ pro sua sententia producunt auctores prædicti, nihil eorum intentioni fauent, sed magis oppositum significant, dum ordine quodam vnum ex alio cognoscendo (per viam nempe discursus, qui necessario fit in tempore) docet Christum in omnium notitiam deuenisse. Ex quo etiam patet visum nem illam cæli & hominis, quam auctores prædicti Christum habuisse constringunt in primo suæ conceptionis instanti, nihil eorum opinioni suffragari, si quidem ea posita necessarius adhuc fuisset discursus, ut ex duobus prædictis intellectibus in aliorum notitiam deueniret: Deinde, ut ait hic S. D. scientia acquisita est scientia secundum modum humanum, non solum ex parte subiecti recipientis, sed etiam ex parte agentis, quod est lumen intellectus agentis, cuius virtus, cum sit finita, non potest simul totum operari, sed successiue; & ideo, ut ait S. D. de Ver. q. 12. artic. 2. ad 1. Christus secundum hanc scientiam non à principio sciuit omnia, sed paulatim & post aliquod tempus scilicet in ætate perfecta. Quamuis igitur hic primus dicendi modus prima facie videatur dignitati Christi conuenire, non congruit tamen assumptæ humanitati ob dictam causam. Nec tamen vllam ponimus imperfectionem in Christo, qui per scientiam beatam & infusam vniuersa cognouit ab initio suæ conceptionis, & scientiæ acquisitæ notitia non alio modo, quam per temporaneas successiones & augmenta Christo Domino debebatur.

Secundus vero dicendi modus plures patitur oppositiones. Nam primo, cum ait Caietanus fieri absque vllò inconuenienti potuisse, ut Angeli singularia Christo ministrarent, ex quibus ipse suo

Confutatur quatuor prædicti modi dicendi, & probatur Christus in tempore scientiam hanc naturalem sibi comparasse.

ingenio scientiam inueniret, de ministracione lo-
quitur non ad phantasiam immediate, sed in or-
dine ad sensus exteriores; & ideo doctrina, quam
refert ex D. Tho. de formatione phantasmatum,
huic proposito non deseruit. Deinde non possunt
Angeli sua virtute formas materiales, aut spiritua-
les in aliquod subiectum influere, sed quasdam
tantum ex potentia materiae per motum localem
educere, vt ait S. D. *prim. part. q. 65. art. 4. & q. 111.
art. 2.* de formis corporum; quasdam autem neq;
per motum localem possunt cauare, sed si quae
fuerint in subiecto quandoque receptae, possunt
eas per motum localem ad actum secundum ex-
citare; & eas multipliciter adunare, vt ait S. D. *1. p.
q. 111. a. 3.* de speciebus existentibus in phantasia; &
ideo vanum & contra D. Thom. ac veram philo-
sophiam est potuisse Angelos in Christi imagina-
tione rerum nunquam visarum phantasmata cau-
sare, aut imaginariam Christi disponere mate-
rialiter, vt diuersa possent formare phantasmata;
nulla namque virtutis creatae dispositione fieri
poteat, vt in phantasia formentur phantasmata
omnino noua, vt ait S. D. *in allegato art. 3. ad 2.* nec
oppositum vnquam docuit. Denique, vt ipsi fa-
tentur, ex hoc dicendi modo non inferitur Chri-
stum scientiam hanc acquisiuisse in primo sua
conceptionis instanti.

Porro tertius dicendi modus plura continet fal-
sa: Primum est Christum in primo suae concep-
tionis instanti ex phantasmatis obiectorum, quae
tunc expertus est, virtute scientiae infusa eliciisse
alias species naturales, & eis medianibus habere
potuisse scientiam omnium naturalium sensibili-
um. Nulla namque phantasmata Christus ha-
bere potuit in primo sua conceptionis instanti,
nisi eorum tantum sensibilibus, quae tactu, vel
gustu aut imperfecta quadam auditione sentire
potuit in vtero Virginis, ex quibus neque homi-
nes, neque caeli, aut caterarum specierum pro-
prietates, & naturae quocumque discursu cogno-
sci perfecte possunt, & multo minus in instanti
aut breuissimo tempore. Nec infusa scientiae vir-
tute fieri possibile est, vt conclusiones in aliquo
principio cognito virtualiter non comprehensa
per discursum ex eo deducantur. Quis autem as-
serat in speciebus ex dictis phantasmatis ab-
stractis caelestium corporum species ea quiddita-
tiae representantes virtualiter contineri? *Secun-
dum*, quod perspicue falsum cognoscitur, est Chri-
stum plures simul species abstrahere & plures si-
mul intellectiones ordinis naturalis habere po-
tuisse, eo quod fieri possit, vt eadem potentia plu-
res simul habeat operationes, si vna ordinetur ad
alteram, aut vtraque ad vnam. Hoc enim omni-
no falsum est de operationibus eiusdem rationis
& ordinis, & realiter ab inuicem distinctis, qua-
les sunt intellectiones animae nostrae in ordine ad
obiecta diuersa absolute sumpta, etiam si ad vnu
aliquem finem ordinentur, puta ad gloriam Dei
vel perfectionem intelligentis, vt patet ex *1. p. q. 58.
art. 2. & q. 85. art. 4.* Nec obstat infidelium conuer-
sionem instantaneam esse posse; id enim verum
est, praesuppositis necessariis dispositionibus, quae
non nisi miraculose fieri possunt in instanti: Haec
autem doctrina, quam defendimus, intelligenda
est secluso miraculo, & saluo modo intelligendi
per discursum, qui sine tempore esse non potest.

Quartus demum dicendi modus, praeterquam
quod omnino chimericus est, vt pote qui nullo
nititur solido fundamento, tot simul ponit in a-
nima Christi rerum sensibilibus intellectiones,
quot sunt rerum species realiter ab inuicem di-
stinctae, & ad actus realiter distinctos ordinatae;

non enim elici potest species, nisi prout est actui
secundo coniuncta; si ergo per scientiam Chri-
stus in vno instanti omnes species elicit, tot etiam
simul habuit intellectiones, quot erant species el-
icitae; quod maximum esset miraculum a nullo
Theologorum hactenus, praeterquam a praedictis
recentioribus excogitatum, his adde secundum
hunc dicendi modum non esse in Christo scien-
tiam acquisitam secundum modum animae ratio-
nali connaturalem.

Vltimo sciendum est: obiectum omne scientiae
proprie dictae esse vniuersale abstrahens ab hic &
nunc, id est ab omni differentia loci & temporis,
ac proinde nullam esse posse scientiam siue habi-
tum scientificum respicientem rem, vt cognitam
tempore praeterito; cuius oppositum abique soli-
do fundamento docet Suarez. Vnde etiam in An-
gelis & Adamo, quibus indita fuit scientia, nulla
alia ponitur scientia per experimentum ex singu-
laribus acquisita, sed per experimentalem singu-
larium cognitionem confortata quodammodo
fuit in eis illa, quae praexistebat infusa notitia.

PRIMA CONCL. In Christo non est ponenda scien-
tia naturalis infusa tantum quo ad lumen, a phantasma-
tibus autem dependens quo ad usum, vt ait S. Bonau. Pro-
batur, quia nomine luminis aut intelligitur lumen
scientificum, aut lumen intellectus agentis; Si pri-
mum, illud non potest a speciebus, & habitu se-
parari; igitur ponere scientiam infusam quo ad
lumen est ponere scientiam simpliciter, id est in
omnibus modis infusam, quod tamen negat S.
Bonau. & id etiam esse falsum patet ex dictis. Si
vero de lumine intellectus agentis sermo est, iam
non quo ad usum tantum, sed etiam quoad spe-
cies & habitum ac lumen scientificum a phantasma-
tibus erit dependens, & erit scientia proprie &
simpliciter acquisita, vt hic etiam ait S. Tho.

SECUNDA CONCL. In Christo non fuit scientia ex-
perimentalis medijs sensibus acquisita quo ad species intel-
ligibiles representantes res, quatenus sub sensum cecide-
runt, seu vt sunt principia cognoscendi res iam antea sensu
perceptas, vt ait Suarez. Haec patet ex dictis in vlti-
mo notabili.

TERTIA CONCLVSIO: In Christo non fuit scien-
tia experimentalis solum quo ad hoc, quod est aliqua quo-
tidie sensibilibus videre, qua prius non videram abique no-
ua speciei receptione in intellectu eius possibili, & cum sola
conuersione ad species, quae erant in phantasia; quae fuit
sententia S. D. in 3. quam hic aperte reuocat argu-
mento superius explicato.

QUARTA CONCL. In Christo ponenda est scientia
naturalis obiectiue ex sensibilibus acquisita, quam vocant
experimentalem. Haec est conclusio S. D. in textu;
quam praeter rationem superius explicatam pro-
bant discipuli D. Thom. & alij expositores supra
nominati pluribus argumentis, & praeter omnibus
optime Valq. in allegata disp. 55. c. 2. & 3.

VLTIMA CONCL. Scientiam hanc Christus non ac-
quisiuit in instanti, aut ab initio conceptionis. Haec patet
ex dictis.

CONTRA primam conclus. eadem asserti pos-
sunt argumenta, quae producentur contra ter-
tiam.

CONTRA secundam conclus. argum. Suarez:
Experientia est repetita memoria earum rerum,
quae per sensum perceptae sunt, & prout perceptae
sunt, ergo ad experientiam non satis est habere
species rerum, quae sub experientia cadere possunt,
sed oportet vt species representent illas res, qua-
tenus aliquando sub sensum ceciderunt, seu vt sunt
principia cognoscendi ipsas res esse sensu perceptas;
ergo Christo & Adae non solum potuit infundi
scientia rerum naturalium sine propria experientia,
sed

Suarez
dicitur
dicitur.

Conclusi-
ones doli-
tae, & pro-
batae.

Argumen-
ta, & solu-
tiones.

sed etiam impossibile fuit infundi experientialem cognitionem. Probat hanc consequentiam. Primo, species quae ad experientiam deseruiunt, pertinent ad memoriam rei praeteritae seu iam cognitae, ut sic; haec autem species, ut vere representent, non possunt omnino esse infusae, sed debent esse aliquo modo relictae ex praecedenti cognitione; secundo, quia alias species infusa posset ducere in falsam cognitionem representando aliquid ut per sensum perceptum, quod re vera nunquam cognitum sit. *Resp.* primo hoc argumentum probari, impossibile esse infundi experientialem cognitionem, ut experimentalis est, quod libenter admitimus. Secundo dico iuxta sententiam D. Tho. in scientia Christi experimentaliter per sensus acquisita duo considerari: primum sunt species ipsae intelligibiles sensibilibus quidditatum representatiuae; secundum est earum respectus & dependentia ad species phantasiae, a quibus sunt abstractae, & ad quas in actu intelligendi fit conuersio, ex quo sequitur quaedam colligatio; & unio intellectus cum phantasia, & specierum, & actu intellectus cum speciebus & actibus phantasiae, ita ut species & actus utriusque ad unum actum cognoscendi perfectum concurrentes pro vno computentur, & cognitio singularium, quae propria est phantasiae, intellectui tribuatur, ut alibi declaramus ex Capr. Cum igitur phantasia seu cogitativa proprium sit cognoscere rem praeteritam ut praeterita est, & rem sensu perceptam prout percepta est, (quae est ratio experimentalis cognitionis, ex qua scientia deriuatur ad intellectum, qui rursus ad phantasia conuersus mouet eam ad similem actum) consequens est, ut actus phantasiae iam dictus ob mutuum hunc respectum, & colligantiam intellectui & eius scientiae a rebus acceptae tribuatur; adeo ut non sit necesse ad constituendam in intellectu scientiam experientialem species in eo ponere singularium, & praeteritae cognitionis eorum, ut praeterita est representatiuas, sed sufficiat eas esse in phantasia cum habitudine & unione praedicta cum intellectu. Ex quo sequitur, ut supposita etiam scientia per accidens infusa in intellectu, non sit necesse produci species singularium in intellectu, ut scientia illa fiat experimentalis, cum illae sufficiant, quae sunt in phantasia in earum usu intellectui colligata.

C **D** **E** **CONTRA** tertiam, & quartam conclus. sunt argumenta, quae afferunt & solunt S. Th. hic, Capr. in allegata dist. 14. Cai. & Val. super hoc art. Vsq. dist. 55. & Aluar. disput. 53. Contra eandem conclus. argum. Suar. primo: Quia Damasc. lib. 3. de fide, cap. 22. & in oratione, seu libro: Quomodo ad imaginem Dei facti sumus, negat Christum profecisse tam in scientia diuina quam humana, & per scientiam diuinam videtur intelligere scientiam supernaturalē; quia loquitur de scientia creata, & consequenter per humanam scientiam intelligit scientiam naturalem; & eodem modo loquitur Bernar. homil. 2. in Missa est. & Beda tomo 7. hom. domin. prima post Epiph. Theophil. Eutim. Lyranus & alij Luc. 2. *Resp.* Damasc. & praedictos patres nomine scientiae diuinae intelligere scientiam increatam, nomine vero scientiae humanae intelligere scientiam humanitati Christi diuinitus infusam; licet tibi loquatur principaliter Damasc. de scientia creata, ad maiorem tamen rei propositae declarationem sermonem extendit ad increatam.

S **Secundo:** Anima Christi in statu viae potuit se ipsam propria naturali cognitione per propriam substantiam cognoscere; ergo a primo instanti cognitionis suae hoc potuit: Probat consequentia: quoniam in ea cognitione non penderet a

Naz. in D. Thom. 3. partem.

corpore; ergo aetas aut organorum dispositio nihil ad eam referebat. *Et confirmatur:* quia substantia spiritualis potens se cognoscere, & non impedita actu se intuetur, & considerat naturali cognitione. Et simili (inquit) fere argumento concludi potest ab eodem instanti habuisse infusas species ad cognoscendas substantias Angelicas eiusdem rationis cum illis, quae veluti naturaliter infunduntur aliis animabus, cum a corporibus separantur. *Resp.* falsum esse antecedens loquendo de scientia ex genere suo acquisita; nam haec ad talem cognoscendi modum non extenditur, & multo minus ad cognoscendas substantias separatas per species eiusdem rationis cum illis, quae infunduntur animabus separatis; tales enim species non sunt a rebus sensibilibus abstrahibiles; quia sunt altioris ordinis; & ideo non pertinent ad scientiam ex suo genere acquisitam, & per accidens infusam, sed ad scientiam per se infusam: Quare manifeste confundit Suarez hanc scientiam cum illa.

T **Terio:** Haec scientia licet non debeat animae, seu naturae humanae secundum se, tamen ratione unionis debetur naturae assumptae; ergo. Probat antecedens; quia dignitas personae assumptis postulat, ut natura assumpta sit omnino perfecta non solum supernaturali, sed etiam naturali perfectione, & praesertim intellectus, quae est potissima facultas talis naturae, & carere ad tempus tali perfectione non fuit ad finem redemptionis necessarium. *Et confirmatur primo:* quia melius est nunquam carere aliqua perfectione, etiam si a Deo sola recipienda sit, quam carere illa aliquo tempore, ut per proprios actus obtineatur; quia hoc fere nihil perfectionis addit; ut in simili dixit D. Thomas *infra* quest. 19. art. 3. Praesertim, quia quacunque ratione Christus hanc scientiam infusam habuerit, a se illam habere dicendus est, non tanquam aduentitiam, sed tanquam proprietatem connaturalem ratione unionis. *Secundo confirmatur:* quia si Christus assumpsisset humanam naturam in statu per se debito unioni sine defectibus; quos propter nostram redemptionem in corpore assumpsit, sine dubio assumpsisset illam perfectam hac scientia, sicut reliquis perfectionibus; ergo & nunc de facto illam assumpsit cum hac perfectione, ob eam causam, quod carentia huius scientiae neque est necessario coniuncta cum corpore passibili, nec per se confert ad finem redemptionis. *Resp.* scientiam ex suo genere acquisitam deberi naturae assumptae eo modo & tempore, quo nata est illam habere; modus autem est per acquisitionem & experientiam; tempus vero est ab infantia usque ad aetatem perfectam, ut ait S. D. *infra* quest. 12. art. 2. ad 1. Et licet carentia talis perfectionis non sit ad finem redemptionis necessaria; congruit tamen suauiter rerum dispositioni exigenti, ut scientia ex genere suo acquisita habeatur per acquisitionem, qui modus habendi nobilior est, quam illam habere per infusionem.

A **Ad primam confirmationem** negatur antecedens. Nec verum est hanc scientiam esse proprietatem naturalem consequentem unionem, nisi quo ad excellentiam poteratur, scilicet intellectus agentis & possibilis, qua Christus perfectissime scientiam hanc sibi comparauit. *Ad secundam confirmationem* negatur antecedens; perfectior enim & congruentior est modus habendi scientiam hanc per acquisitionem, quam modus eam habendi per infusionem; praesertim cum anima Christi per altioris ordinis scientias, scilicet beatam & infusam per se cognosceret omnia perfectiori modo, quam per hanc scientiam cognosci possint, nec

Ad 1. conf. **Ad 2. conf.**

Nn 2 pro-

Solut.

Obi. 1. cont. 3 & 4. conc.

Solut.

Obi. 2.

Solut.

Obi. 3.

Conf. 1.

Conf. 2.

Solut.

Ad 1. conf.

Ad 2. conf.

proprie dicatur subiectum perfectione carere, nisi eam non habeat eo tempore, quo debet eam habere.

Obi. 4.

Quarto Christus habuit virtutes morales ordinis naturalis non acquisitas propriis actibus, sed à principio infusas, & hoc fuit illi simpliciter melius; ergo similiter, &c. *Respon.* nullam esse consequentiam, quia si Christus non habuisset virtutes morales ex genere suo acquisitas infusas per accidens, caruisset debita virtutis perfectione; quia solæ virtutes naturales moderantur passiones, quas compatiuntur illæ quæ per se dicuntur infusæ; ex hoc autem quod non statim habuit scientiam ex genere suo acquisitam, nulla caruit sibi debita perfectione, vt ante diximus.

Obi. 5.

Quinto: Si Christus habuit virtutes morales perfectas; ergo & prudentiam, quæ est auriga reliquarum virtutum; sed prudentia perfecta cum consistat in practica cognitione supponit perfectam cognitionem speculatiuam non tantum primorum principiorum, sed etiam vniuersalium conclusionum, à quibus iudicium in singulis euentibus pendet; ergo habuit moralem scientiam horum omnium; ergo habuit cæteras scientias. Probat hæc vltima consequentia; quia non erat aliam impeditus, neque vna scientia potest esse sine consortio aliarum omni ex parte perfecta, cum sint quodammodo connexæ sicut virtutes. *Resp.* falsam esse subsumptam propositionem; ad practicam enim cognitionem non est necessaria, nisi cognitio speculatiua in vniuersali earum rerum, quarum scientia non queritur propter se, sed propter opus; & ideo non est necesse virum perfectæ prudentiæ esse perfectum Mathematicum aut philosophum naturalem, vel metaphysicum, aut Geometram, musicum vel perfectum. Sed satis est, vt eam in rebus habeat cognitionem, quæ necessaria est ad operandum secundum rectam rationem. Constat autem ex Mathematicis demonstrationibus & metaphysicis subtilitatibus, & aliis similibus nullas posse desumi regulas ad operandum secundum rectam rationem, vt patet: & confirmatur; nam alioquin necesse esset principes, gubernatores, magistratus, & prælatos omnes, imo quemlibet virum bonum perfectam habere scientiarum omnium speculatiuarum eruditionem, vt perfectam haberet in consulendo, iudicando, imperando & agendo prudentiam, quod ridiculum est, nec vllus hæc hactenus hoc ausus est affirmare. Secundo dico notitiam rerum omnium per scientiam infusam satis esse ad hoc, vt in Christo posset esse perfecta prudentia ordinis naturalis.

Obi. 6.

Sexto: Anima Christi à principio fuit expedita ad usum rationis; ergo oportuit, vt ad illum fuerit etiam perfecte disposita per habitus scientiarum naturalium. *Respon.* nullam esse consequentiam, quia fuit expedita ad usum rationis circa scientias naturales pro tempore, quod debuit eas habere; non debuit autem eas habere perfectas ab initio suæ conceptionis, vt ante diximus.

Obi. 7.

Septimo: Si Christus scientias naturales habuisset per acquisitionem, non potuisset eas habere ex omni parte perfectas; nec decuit Christum inueniendis & inquirendis huiusmodi scientiis operam dedisse; ergo. Antecedens probatur primo: Quia discursus humanus in huiusmodi scientiis quodammodo in infinitum procedit, vt in mathematicis constat. Secundo: quia non potuit Christus breui tempore vitæ proprio discursu inuenire, omnia quæ sub humanam scientiam cadere possunt; quia non poterant omnia experimento dignosci, à quibus hæc scientia accipi potest. *Resp.* cum S. Thom. & Caiet. *infra* q. 12. art. 1. ad

Solus.

primam scientiam rerum acquiri posse non solum per experientiam ipsarum, sed etiam per experientiam quarundam aliarum rerum; cum ex virtute luminis intellectus agentis possit homo procedere ad intelligendum effectus per causas, & causas per effectus, & similia per similia, & contraria per contraria, & ideo, licet Christus non omnia fuerit expertus, ex iis tamen, quæ expertus est, in omnium deuenit notitia; vbi etiam videnda est explicatio Cai. *S. d. respon.* hanc impugnat Suar. *Quia* per species ex sensibilibus & phantasmatis acceptas nunquam potest deuenire ingenium humanum ad comprehendendum totam virtutem corporis cælestis; ergo hoc excedit vires ingenij humani. Antecedens probatur: quia nec potest experiri omnes eius effectus, neque aliquos in quibus alij virtute contineantur; quia fere in infinitum procedere possunt & sunt valde dissimiles, & in ipsis motibus cælorum multa sunt, quæ humana inuentione nullus assequi potest, nisi diuturni temporis obseruatione, quæ in Christo homine locum non habet. Nec sufficienter saluatur perfectio in huiusmodi scientia dicendo cum Cai. ministerio Angelorum applicata fuisse sensibus Christi omnia sensibilia obiecta necessaria ad perfectam inuentionem harum scientiarum; neque vlla est necessitas, ob quam in has angustias coniciamur. Denique illa perfectio huius scientiæ, quæ pertinet ad propriam & exactam cognitionem substantiarum, pro vt in se sunt, formando proprios & absolutos conceptus earum, nullo modo potuit per sensus obrineri. *Respon.* falsum esse antec. nam ex motibus & effectibus cælestium corporum per spatium vnus anni aut trium vel ad summum decem annorum poterit ab excellentissimo ingenio totus cælestium corporum cursus, & tota virtus & effectus omnes eorum quocunque tempore futuri, aut secundum naturam cursum fieri possibile comprehendere: adeo vt non sit necesse omnes experiri; nec aliquos, in quibus alij virtute contineantur. Neque improbabile est, quod ait Caietanus de sensibilibus obiectis per Angelos ministratis; visis enim sensibilibus obiectis puta corporibus, quæ cælestia corpora referant cum singulis eorum motibus, & addita paucorum mensium vel annorum experientia circa consequentes effectus facile erit excellentissimo ingenio rerum omnium sensibilem notitiam perfectam & quidditiam inuenire; præsertim si fuerint etiam horum sensibilem indiuidua singula iuxta singulas species sensibus ministrata.

Replia.

Solus.

Contra eandem conclus. est hoc argumentum; Obi. 8. Beati qui hic non acquisierunt scientiam naturalem, habent illam infusam ex vi suæ beatitudinis: Sed Christus fuit beatus à primo instanti suæ conceptionis & non acquisiuit tunc scientiam naturalem; ergo habuit illam infusam ex vi suæ beatitudinis. *Et confirmatur*; Quia alias fuisset miraculum, quod in Christo non resularet gloria corporis. Minor quo ad vtramque partem est certa; Maior vero probatur primo: quia beatitudo implet omne desiderium naturale hominis: At homini inest naturale desiderium habendi scientiam naturalem, vt ait Philos. *in primo Metaph.* ergo. Secundo probatur: Quia alias intellectus in beatis esset imperfectus secundum naturalem capacitatem; si quidem illa non esset perfecta per scientiam sibi connaturalem composibilem cum beatitudine. *Et confirmatur*: quia beatitudo reformabit omnes defectus, vt probat S. D. *in 4. dist. 44. q. 2. n. 2. questum.* ergo etiam reformabit defectum scientiæ naturalis; quia potius debet perficere animam quam

Conf.

Quorundam solutio.

quam corpus. Huic argumento respondent quidam recentiores dicentes scientiam hanc beatissimum infundi, quia non possunt illam acquirere; Sed Christo Domino licet esset beatus, non fuit infusa, quia erat in statu quo posset eam acquirere; & ideo debuit illam acquirere in instanti; Sic enim impletum fuit eius naturale desiderium sciendi, & naturalis capacitas intellectus. Ad confirmationem dicunt beatitudinem reformare omnes defectus naturales, non tamen per solam infusionem scientiæ naturalis, sed etiam per cooperationem ad acquisitionem illius in instanti. Sed in hac responsio duo sunt falsa & contraria doctrinæ D. Thom. Nam primo S. Tho. in 1. p. q. 89. art. 3. docet animas separatas per species infusas per se de omnibus naturalibus cognitionem habere non certam & propriam, sed communem & confusam, & ibidem ad quartum ita respondet: *Cognitio, qua acquiritur per studium, est propria & perfecta, illa autem est confusa; unde non sequitur, quod studium addiscendi sit frustra; quod idem expressius asserit in quæst. disput. de anima q. 2. art. 18. ad. 2. cuius verba sunt: Dicendum, quod in illis, qui scientiam aliquorum naturalium scibilibus in hac vita acquiserunt, erit determinata cognitio in speciali eorum, qua hic acquiserunt; aliorum vero vniuersalis, & confusa; unde non erit inutile eis scientiam acquisuisse: nec est inconueniens, quod vtraque scientia eorundem scibilibus adsit eidem: cum non sint ambe vnius rationis.* hæc ibi: quibus verbis duplicem distinguit scientiam in animabus separatis; vnam omnibus communem, quæ est vniuersalis & confusa; & hanc ibidem in corpore & art. 15. eiusdem quæst. & 1. p. loco notato declarat esse scientiam infusam per se & eiusdem rationis cum scientia Angelorum; alteram distinctam & claram illis solum conuenientem, qui eam propriis studiis & industria, dum essent in hac vita, sibi compararunt. Deinde falsum est & D. Th. asserere animam Christi scientiam hanc distinctam acquisuisse aut acquirere potuisse propriis actibus in primo conceptionis instanti, vt ostendimus supra.

Vera solutio.

Ad argumentum igitur dico falsam esse maiorem loquendo de scientia ex genere suo acquisita. Ad omnes eius probationes simul dico, desiderium hominis naturale & capacitem animæ naturalem in ordine ad scientiam naturalem ex genere suo acquisitam excellenter suppleri per scientiam beatam, qua beati omnes distincte vident in Verbo rerum omnium species, proprietates & indiuidua ad ordinem & perfectionem vniuersi pertinentia vt ait S. D. in 1. p. q. 12. art. 8. ad 4. & in 3. cont. gent. cap. 59. quam doctrinam in dict. art. 8. latissime declarauimus in 4. cont. ad illum art. 9. Secundum est, & sequent.

Obi. 1. cont. conc. ult.

CONTRA vltimam conclus. producant oppositæ sententiæ defensores authoritatem Lyrani super illud Isaiæ 7. vt sciat reprobare malum, & eligere bonum, vbi ait Christum à principio conceptionis scientiam hanc acquisuisse, & addunt Burgensem ibi additione tertia dicentem in Hebræo sic haberi: *butyrum & mel comeder, quia scit eligere bonum.* Ex quo sic arguunt: Propheta loquitur ibi de scientia naturali Christi, vt docent Basilus ibi & August. 8. super Gen. ad litteram cap. 14. sed illa fuit in Christo, antequam comederet mel & butyrum, qui sunt cibi infantiles, quibus vescuntur pueri statim à principio suæ natiuitatis; ergo ante illud tempus Christus habuit istam scientiam, Confirmatur; nam Hieronym. ibi docet Christum illam habuisse in ipsa infantia, quando panis inuoluebatur; ergo illam etiam habuit in primo instanti conceptionis, probatur consequentia; quia est eadem ratio de ætate infantili & de primo instanti conceptionis, Naz. in D. Thom. 3. partem.

Conf.

A Respon. Lyrani manifeste loqui de scientia infusa, quam putat cum Scoto non differre à scientia naturali, & de eadem loquitur Hieronym. Basil. autem & August. loquuntur de scientia experimentalis, sed non iuxta lectionem Burgenfis, sed secundum communem translationem. Admissa vero lectione Burgenfis, dico cum eodem Burgenfi loco notato Christum ante natiuitatem ex vtero habuisse plenitudinem scientiæ diuinæ & scientiæ infusæ, quibus omnia cognoscebat. Deinde dico data eadem expositione Christum, antequam butyrum & mel comederet (quod fuit post aliquot menses à die natiuitatis) habuisse scientiam experimentalem ad actus prudentiæ necessariam, qua posset eligere bonum, non tamen habuisse scientiæ ex genere suo acquisitæ perfectionem; Postremo dico longe diuersam esse rationem de primo instanti conceptionis Christi, & de infantili ætate post natiuitatem ex vtero: nam in instanti illo nullum Christus habere potuit vsum sensus visus, qui est omnium sensuum nobilissimus, multo plus quam aliis deseruiens inuentioni scientiæ, quem tamen vsum habuit egressus ex vtero.

Solut.

B Secundo arguunt: Si ponamus Christum scientiam hanc acquisuisse in primo suæ conceptionis instanti, excludimus ab eo omnem ignorantiam etiam negatiuam rerum naturalium, & negationem scientiæ naturalis à principio suæ conceptionis, supponimusque ex tunc illum fuisse plenum scientiæ & veritatis naturalis, vt pote qui habebat omnes thesauros sapientiæ & scientiæ Dei, & saluamus intellectum eius secundum vim naturalem nunquam fuisse in potentia ad actum primum & imperfectum; ergo ita asserendum est. Respon. nullam esse consequentiam; quia impossibile fuit, vt ostendimus, Christum hominem in primo illo instanti propriis actibus acquirere sibi scientiam naturalem, & per hoc soluitur argumentum, quod deduci posset ex quatuor modis supra confutatis, quibus doctores prædicti docent potuisse Christum acquirere sibi scientiam naturalem in primo suæ conceptionis instanti.

Obi. 2.

Solut.

QVÆSTIO DECIMA.

D De scientia beata animæ Christi in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de qualibet prædictarum scientiarum. Sed quia de scientia diuina dictum est in prima parte, restat nunc dicendum de aliis tribus, primo de scientia beata; secundo de scientia indita; Tertio de scientia acquisita.

Sed quia etiam de scientia beata, qua in Dei visione consistit, plura dicta sunt in prima parte: hic illa sola videntur dicenda, qua proprie pertinent ad animam Christi.

Circa hoc ergo queruntur quatuor. Primo, vtrum anima Christi comprehenderit Verbum, siue diuinam essentiam.

Secundo, vtrum in Verbo cognouerit omnia. Tertio, vtrum anima Christi in Verbo cognouerit infinita.

Quarto, vtrum videat Verbum, siue diuinam essentiam clarius qualibet alia creatura.

Ratio ordinis.

EXPEDITIS quæstionibus an est de singulis scientiarum generibus Christo secundum humanitatem conuenientibus; nunc ab ea, quæ prima omnium est & diuinæ scientiæ similior, inchoans tractat quæstionem quid est in tribus prioribus